Čl. 18 – Če je dvoje ali več sodišč enako pristojnih, ima na temelju prehitavanja pravico soditi v sporni zadevi tisto sodišče, ki je prej zakonito pozvalo toženo stranko (kan. 1415).

Čl. 19 – § 1. Če bi kdo, v primeru zaključka pravde, prekinil ali odpovedi, želel vnovič sprožiti ali nadaljevati pravdo, more pristopiti h kateremu koli sodišču, ki je po pravu pristojno v trenutku ponovne obravnave.¹⁷

§ 2. Če pa se pravda zaključi, odpove ali opusti pred Rimsko roto, se mora vnovič začeti samo pred Rimsko roto, bodisi, da je bila temu apostolskemu sodišču izročena ali poslana kot priziv.¹⁸

Čl. 20. – Spore o pristojnosti med sodišči, ki so podrejena istemu prizivnemu sodišču, rešuje prizivno sodišče; če niso podrejena istemu prizivnemu sodišču, pa Apostolska signatura (kan. 1416).

Čl. 21. – Če se pojavi ugovor proti pristojnosti sodišča, se naj upoštevajo čl. 78–79.

¹⁷ Prim. *Papeška komisija za avtentično razlago Zakonika cerkvenega prava*, Odgovor 29. aprila 1986, v: AAS 78 (1986) 1324.

¹⁸ Prim. *Norme sodišča Rimske rote*, 18. aprila 1994, čl. 70.

Titulus II DE TRIBUNALIBUS

CAPUT I DE POTESTATE IUDICIALI IN GENERE ET DE TRIBUNALIBUS

Art. 22 – § 1. In unaquaque dioecesi iudex primae instantiae pro causis nullitatis matrimonii iure expresse non exceptis est Episcopus dioecesanus, qui iudicalem potestatem exercere potest per se ipse vel per alios, ad normam iuris (cf. can. 1419, § 1).

§ 2. Expedit tamen, nisi speciales causae id exigant, ne ipse id per se faciat.

§ 3. Ideo omnes Episcopi pro sua dioecesi constituere debent tribunal dioecesanum.

Art. 23 – § 1. Plures autem dioecesani Episcopi, probante Sede Apostolica, possunt concordēs in locum tribunalium dioecesanorum de quibus in cann. 1419-1421, unicum constituere pro suis dioecesibus tribunal primae instantiae ad normam can. 1423.

§ 2. Quo in casu in propria dioecesi Episcopus potest sectionem instructoriam instituere cum uno vel pluribus auditoribus et notario, ad probationes colligendas et actus notificandos.

Art. 24 – § 1. Quod si tribunal dioecesanum vel interdioecesanum constitui omnino nequeat, Episcopus dioecesanus a Signatura Apostolica prorogationem competentiae pro tribunali vicino, de consensu huius tribunalis Episcopi Moderatoris, petat.

§ 2. Episcopus Moderator intellegitur Episcopus dioecesanus quoad tribunal dioecesanum; Episcopus vero designatus, de quo in art. 26, quoad tribunal interdioecesanum.

Art. 25 – § 1. Quod attinet ad tribunalia secundae instantiae, salvo art. 27 et salvis indultis a Sede Apostolica concessis:

Drugi naslov SODIŠČA

PRVO POGLAVJE SODNA OBLAST NA SPLOŠNO IN SODIŠČA

Čl. 22 – § 1. V vsaki škofiji je sodnik prve stopnje v ničnostnih zakonskih pravih, ki niso po pravu izrečno izvzete, krajevni škof, ki more po določilu prava sodno oblast izvrševati osebno ali po drugih (prim. kan. 1419, § 1).

§ 2. Primerno je, razen če tega ne zahtevajo posebni razlogi, da te oblasti ne izvršuje osebno.

§ 3. Zato morajo vsi škofje ustanoviti škofijsko sodišče za svojo škofijo.

Čl. 23 – § 1. Vendar more več krajevnih škofov z odobritvijo Apostolskega sedeža, namesto škofijskih sodišč, o katerih govorijo kan. 1419 – 1421, za svoje škofije sporazumno ustanoviti eno samo sodišče prve stopnje ob upoštevanju predpisa kan. 1423.

§ 2. V tem primeru lahko škof v svoji škofiji ustanovi preiskovalno službo (komisijo) z enim ali več sodniki zasliševalci in notarjem za zbiranje dokazov in za objavo spisov.

Čl. 24 – § 1. Če ni mogoče ustanoviti škofijskega ali medškofijskega sodišča, naj se krajevni škof obrne na Apostolsko signaturo zaradi razširitve pristojnosti na sosednje sodišče ob privolitvi škofa moderatorja tega sodišča.

§ 2. Škof moderator škofijskega sodišča je krajevni škof; moderator medškofijskega sodišča pa škof, ki je za to določen, o čemer govori čl. 26.

Čl. 25 – § 1. Kar zadeva sodišča druge stopnje, je potrebno upoštevati določbo čl. 27 in dovoljenja, ki jih je podelil Apostolski sedež:

1° a tribunali Episcopi suffraganei appellatur ad tribunal Metropolitae, salvis praescriptis nn. 3-4 (cf. can. 1438, n. 1);

2° in causis in prima instantia pertractatis coram Metropolitano fit appellatio ad tribunal quod ipse, probante Sede Apostolica, stabiliter designaverit (can. 1438, n. 2);

3° si unicum tribunal primae instantiae pro pluribus dioecesibus, ad normam art. 23, constitutum sit, Episcoporum conferentia debet tribunal secundae instantiae, probante Sede Apostolica, constituere, nisi dioeceses sint omnes eiusdem archidioecesis suffraganeae (cf. can. 1439, § 1);

4° Episcoporum conferentia potest, probante Sede Apostolica, unum vel plura tribunalia secundae instantiae constituere, etiam praeter casus de quibus in n. 3 (cf. can. 1439, § 2).

Art. 26 – Episcoporum coetus quoad tribunal de quo in art. 23, et Episcoporum conferentia quoad tribunalia de quibus in art. 25, nn. 3-4, vel Episcopus ab eisdem designatus, omnes habent potestates, quae Episcopo dioecesano competunt circa suum tribunal (cf. cann. 1423, § 1; 1439, § 3).

Art. 27 – § 1. Rota Romana est tribunal appellationis secundae instantiae concurrens cum tribunalibus de quibus in art. 25; ideo omnes causae a quolibet tribunali in prima instantia iudicatae possunt ad Rotam Romanam per legitimam appellationem deferri (cf. can. 1444, § 1, n. 1; *Pastor bonus*, art. 128, n. 1).

§ 2. Salvis legibus particularibus a Sede Apostolica latis vel indultis ab eadem concessis, Rota Romana est unicum appellationis tribunal tertiae et ulterioris instantiae (cf. can. 1444, § 1, n. 2; *Pastor bonus*, art. 128, n. 2).

Art. 28 – Praeter legitimam appellationem ad Rotam Romanam ad normam art. 27, provocatio ad Sedem Apostolicam interposita non suspendit exercitium iurisdictionis in iudice qui causam iam cognoscere coepit; quique idcirco poterit iudicium prosecui usque ad definitivam sententiam, nisi Sedes Apostolica iudici significaverit se causam advocasse (cf. can. 1417, § 2).

1° od sodišča podrejenega škofa se vlagajo prizivi na sodišče metropolitana, upoštevajoč predpise tč. 3 – 4 (prim. kan. 1438, tč. 1);

2° v zadevah, ki so se na prvi stopnji obravnavale pred metropolitanskim sodiščem, se vloži priziv na sodišče, ki ga je metropolit z odobritvijo Apostolskega sedeža sam za stalno določil (kan. 1438, tč. 2);

3° če je katero sodišče prve stopnje po določbi čl. 23 ustanovljeno kot skupno za več škofij, mora škofovska konferenca z odobritvijo Apostolskega sedeža ustanoviti sodišče druge stopnje, razen če so vse škofije podrejene isti nadškofiji (prim. kan. 1439, § 1);

4° škofovska konferenca more tudi poleg primerov, o katerih govori določba tč. 3, z odobritvijo Apostolskega sedeža ustanoviti eno ali več sodišč druge stopnje (prim. kan. 1439, § 2).

Čl. 26 – Več krajevnih škofov, glede sodišča, o katerem govori čl. 23, in škofovska konferenca, glede sodišč, o katerih govori čl. 25, tč. 3–4, ali od nje določen škof, imajo vso oblast, ki pripada krajevemu škofu glede njegovega sodišča (prim. kan. 1423, § 1; kan. 1439, § 3).

Čl. 27 – § 1 Rimska rota je prizivno sodišče druge stopnje za sodišča, o katerih govori čl. 25; zato se ji lahko vse zadeve, ki so jih razsodila redna sodišča prve stopnje, predložijo v zakonitem prizivu (prim. kan. 1444, § 1, tč. 1; *Pastor bonus – Dobri pastir*, čl. 128, tč. 1).

§ 2. Upoštevajoč krajevne predpise, ki jih je izdal Apostolski sedež, ali dovoljenja, ki jih je podelila, je Rimska rota edino prizivno sodišče tretje in nadaljnje stopnje (prim. kan. 1444, § 1, tč. 2; *Pastor bonus – Dobri pastir*, čl. 128, tč. 2).

Čl. 28 – S tem, da se kdo obrne na Apostolski sedež, razen v primerih zakonitega priziva na Rimsko roto, se v skladu s čl. 27 ne ustavi izvrševanje sodne oblasti sodnika, ki je že začel postopek; zaradi tega lahko sojenje nadaljuje do končne izreka sodbe, razen če je Apostolski sedež sodnika obvestil, da je zadevo pridržal sebi (prim. kan. 1417, § 2).

Art. 29 – § 1. Quodlibet tribunal ius habet in auxilium vocandi aliud tribunal ad causam instruendam vel ad actus intimandos (can. 1418).

§ 2. Si casus ferat, litterae rogatoriae mitti possunt ad Episcopum dioecesanum ut ipse provideat.

Art. 30 – § 1. Reprobata contraria consuetudine, causae nullitatis matrimonii tribunali collegiali trium iudicum reservantur, salvo artt. 295, 299 (cf. can. 1425, § 1).

§ 2. Episcopus Moderator causas difficiliore vel maiori momenti committere potest iudicio quinque iudicum (cf. can. 1425, § 2).

§ 3. In primo iudicii gradu, si forte collegium constitui nequeat, Episcoporum conferentia, quamdiu huiusmodi impossibilitas perduret, permittit ut Episcopus Moderator causas unico iudici clerico committat, qui, ubi fieri possit, assessorem et auditorem sibi asciscat; eidem iudici unico, nisi aliud constet, ea competunt quae collegio, praesidi vel ponenti tribuuntur (cf. can. 1425, § 4).

§ 4. Tribunal secundae instantiae eodem modo quo tribunal primae instantiae constituatur; idem vero tribunal ad validitatem semper collegiale esse debet (cf. cann. 1441; 1622, n. 1).

Art. 31 – Cum tribunal collegialiter procedere debet, per maiorem suffragiorum partem decisiones ferre tenetur (cf. can. 1426, § 1).

Art. 32 – § 1. Potestas iudicialis, qua gaudent iudices aut collegia iudicialia, exercenda est modo iure praescripto, et delegari nequit, nisi ad actus cuius decreto aut sententiae praeparatorios perficiendos (can. 135, § 3).

§ 2. Potestas iudicialis in proprio territorio exercenda est, salvo art. 85.

Čl. 29 – § 1. Katerokoli sodišče ima pravico, da za zbiranje procesnega gradiva ali vročanje spisov zaprosi za pomoč drugo sodišče (kan. 1418).

§ 2. Če je potrebno, se lahko krajevnemu škofu pošlje prošnja (*litterae rogatoriae*), naj poskrbi za to.

Čl. 30 – § 1. Ko je nasprotni običaj zavržen, so ničnostne zakonske pravde pridržane sodnemu zboru treh sodnikov, upoštevajoč čl. 295 in 299 (prim. kan. 1425, § 1).

§ 2. Škof moderator more sodišču petih sodnikov poveriti težavnejše ali pomembnejše zadeve (prim. kan. 1425, § 2).

§ 3. Če na sodišču prve stopnje sodnega zbora ni mogoče sestaviti, more škofovska konferenca, dokler ta nezmožnost traja, dovoliti, da škof moderator poveri zadevo sodniku posamezniku kleriku, ki naj si, kjer je mogoče, privzame predsednika ali zasliševalca; istemu sodniku posamezniku, če ni drugače določeno, pripada vse tisto, kar se daje sodnemu zboru, predsedniku ali ponensu (prim. kan. 1425, § 4).

§ 4. Sodišče druge stopnje se mora sestaviti tako kakor sodišče prve stopnje; za veljavnost mora to sodišče vedno biti zborna (prim. kan. 1441; kan. 1622, tč. 1).

Čl. 31 – Ko sodišče postopa zborna, mora odločbe izrekati z večino glasov (prim. kan. 1426, § 1).

Čl. 32 – § 1. Sodno oblast, ki jo imajo sodniki in sodni zbori, je treba izvrševati na po pravu predpisan način in je ni mogoče poveriti, razen za izvršitev pripravljalnih dejanj za katerokoli odločbo ali sodbo (kan. 135, § 3).

§ 2. Sodno oblast je treba izvajati na lastnem ozemlju, upoštevajoč čl. 85.

CAPUT II DE MINISTRIS TRIBUNALIS

1. De ministris iustitiae in genere

Art. 33 – Attenta gravitate et difficultate causarum nullitatis matrimonii, Episcoporum est curare:

1° ut idonei ministri iustitiae pro suis tribunalibus efforentur;

2° ut ad hoc ministerium selecti sedulo et ad normam iuris suo quisque munere fungantur.

Art. 34 – § 1. Ministri tribunalis dioecesani ab Episcopo dioecesano, ministri autem tribunalis interdioecesani, nisi aliud expresse statutum fuerit, a coetu vel, prout casus ferat, a conferentia Episcoporum nominantur.

§ 2. In casu vero urgenti ad tribunal interdioecesanum quod attinet, Episcopus Moderator eos nominare potest, donec coetus vel conferentia providerit.

Art. 35 – § 1. Omnes qui tribunal constituunt aut eidem opem ferunt, iusiurandum de munere rite et fideliter implendo praestare debent (can. 1454).

§ 2. Ad suum munus recte exercendum, iudices, defensores vinculi et promotores iustitiae solliciti sint ut in dies profundiore scientiam iuris matrimonialis et processualis acquirant.

§ 3. Peculiari ratione iurisprudentiae Rotae Romanae studeant oportet, cum eius sit unitati iurisprudentiae consulere et, per proprias sententias, tribunalibus inferioribus auxilio esse (cf. *Pastor bonus*, art. 126).

Art. 36 – § 1. Vicarius iudicialis, Vicarii iudiciales adiuncti, ceteri iudices, defensores vinculi et promotores iustitiae idem vel aliud ex his muneribus stabiliter ne exerceant in duobus tribunalibus ratione appellationis conexus.

§ 2. Idem, salvo art. 53, § 3, duobus muneribus simul in eodem tribunali stabiliter fungi nequeunt.

DRUGO POGLAVJE USLUŽBENCI SODIŠČA

1. Uslužbenci na splošno

Čl. 33 – Upošteevajoč pomembnost in težo ničnostnih zakonskih pravn je dolžnost škofov skrbeti:

1° da se za njihova sodišča vzgojijo primerni uslužbenci pravn;

2° da tisti, ki so določeni za to službo, skrbno in po pravnih predpisih opravljajo svojo dolžnost.

Čl. 34 – § 1. Uslužbenca škofijskega sodišča imenuje krajevni škof, uslužbenca medškofijskega sodišča, če ni izrečno določeno drugače, pa imenujejo škofje, ali škofovska konferenca.

§ 2. V nujnih primerih, ki se nanašajo na medškofijsko sodišče, jih lahko imenuje škof moderator, dokler škofje ali škofovska konferenca za to ne poskrbijo.

Čl. 35 – § 1. Vsi, ki sestavljajo sodišče ali na njem sodelujejo, morajo priseči, da bodo nalogo pravilno in vestno opravljali (kan. 1454).

§ 2. Da bi svojo dolžnost pravilno izvrševali, morajo sodniki, branilci vezi in pravdniki skrbeti, da neprenehoma poglabljajo znanje zakonskega in postopkovnega prava.

§ 3. Zaradi osebnih razlogov morajo študirati pravosodje Rimske rote, ker le-ta skrbi za enotnost pravosodja in s svojimi sodbami pomaga nižjim sodiščem (prim. *Pastor bonus* – *Dobri pastir*, čl. 126).

Čl. 36 – § 1. Sodni vikar, njegovi namestniki, drugi sodniki, branilci vezi in pravdniki ne smejo trajno opravljati ene izmed teh ali kake druge službe na dveh sodiščih, povezanih s prizivom.

§ 2. Isti, upošteevajoč čl. 53, § 3, ne morejo trajno hkrati opravljati dveh služb na istem sodišču.

§ 3. Ministris tribunalis non licet, in eodem tribunali vel apud aliud ratione appellationis cum eo conexum, advocati vel procuratoris munus exercere, sive directe sive per interpositam personam.

Art. 37 – Praeter eos qui in Codice recensentur, nullus alius minister tribunalis constitui potest.

2. De ministris iustitiae in specie

a) De Vicario iudiciali, de Vicariis iudicialibus adiunctis et de ceteris iudicibus

Art. 38 – § 1. Quilibet Episcopus dioecesanus pro suo tribunali dioecesano unum tenetur Vicarium iudiciale seu Officiale constituit cum potestate ordinaria iudicandi, a Vicario generali distinctum, nisi parvitas dioecesis aut paucitas causarum aliud suadeat (cf. can. 1420, § 1).

§ 2. Vicarius iudicialis dioecesanus unum constituit tribunal cum Episcopo, sed nequit iudicare causas quas Episcopus sibi reservat (cf. can. 1420, § 2).

§ 3. Vicarius iudicialis, salvis iis quae, maxime libertas in sententia ferenda, iure ad se spectant, rationem de statu et activitate tribunalis dioecesani reddere tenetur Episcopo, cui competit vigilantia de recta administratione iustitiae tribunalis.

Art. 39 – Vicarius iudicialis etiam pro unoquoque tribunali interdioecesano constituendus est, cui congrua congruis referendo applicanda sunt quae de Vicario iudicali dioecesano statuuntur.

Art. 40 – Vicarii iudiciales obligatione tenentur personaliter emittendi, coram Episcopo tribunalis Moderatore eiusve delegato, professionem fidei ac iusiurandum fidelitatis secundum formulam a Sede Apostolica probatam (cf. can. 833, n. 5).¹⁹

¹⁹ Cf. C. pro Doctr. Fidei, Professio fidei et iusiurandum fidelitatis in suscipiendo officio nomine Ecclesiae exercendo una cum nota doctrinali adnexa, 29 iun. 1998, in AAS 90 (1998) 542-551.

§ 3. Sodnim uslužbencem ali komu drugemu, ki je s tem povezan preko priziva, ni dovoljeno na istem sodišču opravljati službe odvetnika ali zastopnika, niti neposredno niti preko posrednikov.

Čl. 37 – Razen teh, ki jih predvideva Zakonik, se ne more postaviti noben drug uslužbenec sodišča.

2. Uslužbenci posamično

a) Sodni vikar, namestniki sodnega vikarja in drugi sodniki

Čl. 38 – § 1. Krajevni škof je dolžan za svoje škofijsko sodišče postaviti sodnega vikarja ali oficiala, ki ima redno sodno oblast in ni generalni vikar, razen če je škofija majhna ali majhno število sodnih zadev priporoča kaj drugega (prim. kan. 1420, § 1).

§ 2. Sodni vikar s škofom sestavlja eno samo sodišče, vendar ne more soditi v zadevah, ki jih škof pridrži sebi (prim. kan. 1420, § 2).

§ 3. Sodni vikar, ko upošteva to, kar mu pripada po pravu, še posebej svobodo pri sestavljanju sodbe, je dolžan obveščati škofa o stanju in dejavnostih škofijskega sodišča; škofu namreč pripada nadzor nad pravilno administracijo sodišča.

Čl. 39 – Sodni vikar mora biti postavljen tudi za vsako medškofijsko sodišče, za katerega, s primernimi prilagoditvami, velja tisto, kar je določeno za škofijskega sodnega vikarja.

Čl. 40 – Sodni vikarji so obvezno dolžni osebno položiti pred škofom moderatorjem sodišča ali njegovim pooblaščenecem izpoved vere in prisego zvestobe po besedilu, ki ga je potrdil Apostolski sedež (prim. kan. 833, tč. 5).¹⁹

¹⁹ Prim. Kongregacija za verski nauk, *Izpoved vere in prisega zvestobe pri opravljanju službe v imenu Cerkve ter doktrinalna priloga*, 29. junija 1998, v: AAS 90 (1998) 542–551.

Art. 41 – § 1. Vicario iudiciali dari possunt adiutores, quibus nomen est Vicariorum iudicialium adiunctorum seu Viceofficialium (can. 1420, § 3).

§ 2. Salva eorundem libertate in iudicando, Vicarii iudiciales adiuncti agere tenentur sub ductu Vicarii iudicialis.

Art. 42 – § 1. Tum Vicarius iudicialis tum Vicarii iudiciales adiuncti esse debent sacerdotes, integrae famae, in iure canonico doctores vel saltem licentiati, annos nati non minus triginta (can. 1420, § 4).

§ 2. Enixe commendatur ne quis, experientia fori carens, Vicarius iudicialis vel Vicarius iudicialis adiunctus constituatur.

§ 3. Ipsi, sede vacante, a munere non cessant nec ab Administratore dioecesano amoveri possunt; adveniente autem novo Episcopo, indigent confirmatione (can. 1420, § 5).

Art. 43 – § 1. Pro tribunali tum dioecesano tum interdioecesano constituentur iudices, qui sint clerici (cf. can. 1421, § 1).

§ 2. Episcoporum conferentia permittere potest ut etiam laici iudices constituentur, e quibus, suadente necessitate, unus assumi potest ad collegium efformandum (can. 1421, § 2).

§ 3. Iudices sint integrae famae et in iure canonico doctores vel saltem licentiati (can. 1421, § 3).

§ 4. Commendatur quoque ne quis iudex constituatur nisi qui aliud munus per congruum tempus in tribunali exercuerit.

Art. 44 – Vicarius iudicialis, Vicarii iudiciales adiuncti et ceteri iudices nominantur ad definitum tempus, firmo praescripto art. 42, § 3, nec removeri possunt nisi ex legitima gravique causa (cf. can. 1422).

Art. 45 – Tribunalis collegialis est:

1° definire causam principalem (cf. art. 30, §§ 1, 3);

2° videre de exceptione incompetentiae (cf. art. 78);

3° videre de recursu ad se propositum adversus libelli reiectionem (cf. art. 124, § 1);

Čl. 41 – § 1. Sodnemu vikarju je mogoče dati pomočnike, ki se imenujejo adjunkti sodnega vikarja ali viceoficiali (kan. 1420, § 3).

§ 2. Upoštevaajoč njihovo svobodo pri sojenju, adjunkti sodnega vikarja morajo delovati pod vodstvom sodnega vikarja.

Čl. 42 – § 1. Sodni vikar in adjunkti sodnega vikarja morajo biti duhovniki, neoporečni, doktorji ali vsaj licenciati cerkvenega prava, stari vsaj trideset let (kan. 1420, § 4).

§ 2. Zelo se priporoča, da se tisti, ki nima sodniških izkušenj, ne imenuje za sodnega vikarja ali adjunkta sodnega vikarja.

§ 3. Kadar je (škofijski) sedež izpraznjen, njihova služba ne preneha in jih škofijski upravitelj ne more odstraniti; ko pa nastopi nov škof, potrebujejo potrditev (kan. 1420, § 5).

Čl. 43 – § 1. Za sodišča, bodisi škofijska bodisi medškofijska, naj se postavijo sodniki, ki naj bodo kleriki (prim. kan. 1421, § 1).

§ 2. Škofovsko konferenca lahko dovoli, da se postavijo za sodnike tudi laiki, izmed katerih se, če je potrebno, lahko eden privzame, da se sestavi sodni zbor (kan. 1421, § 2).

§ 3. Sodniki naj bodo neoporečni in doktorji ali vsaj licenciati cerkvenega prava (kan. 1421, § 3).

§ 4. Prav tako se priporoča, da ni postavljen za sodnika, kdor ni določen čas opravljal kakšne druge službe na sodišču.

Čl. 44 – Sodni vikar, adjunkti sodnega vikarja in drugi sodniki se imenujejo za določen čas, upoštevaajoč predpis čl. 42, § 3, in jih ni mogoče odpoklicati, razen iz zakonitega in tehtnega razloga (prim. kan. 1422).

Čl. 45 – Dolžnost sodnega zbora je:

1° reševati glavno zadevo (prim. čl. 30, §§ 1 – 3);

2° odločiti o ugovoru zoper nepristojnost (prim. čl. 78);

3° odločiti o pritožbi zaradi zavrnitve tožbenega spisa (prim. čl. 124, § 1);

4° videre de recursu adversus decretum praesidis vel ponentis, quo formula dubii vel dubiorum statuitur (cf. art. 135, § 4);

5° rem expeditissime definire, si pars instet ut probatio reiecta admittatur (cf. art. 158, § 1);

6° definire quaestiones incidentes iuxta artt. 217-218;

7° gravi ex ratione tempus ultra mensem praestituere ad sententiam edendam (cf. art. 249, § 5);

8° imponere, si casus ferat, vetitum (cf. artt. 250, n. 3; 251);

9° statuere de expensis iudicialibus et videre de recursu adversus pronuntiationem circa expensas et honoraria (cf. artt. 250, n. 4; 304, § 2);

10° errorem materiale in sententiae textu corrigere (cf. art. 260);

11° in gradu appellationis ad normam art. 265 sententiam pro matrimonii nullitate in primo iudicii gradu latam suo decreto continenter confirmare aut ad ordinarium examen novi gradus admittere;

12° videre de nullitate sententiae (cf. artt. 269; 274, § 1; 275; 276, § 2; 277, § 2);

13° ponere alios actus processuales quos collegium sibi reservaverit vel qui ad ipsum delati fuerint.

Art. 46 – § 1. Tribunali collegiali praeesse debet Vicarius iudicialis vel Vicarius iudicialis adiunctus, vel, si id fieri nequit, clericus e collegio ab alterutro designatus (cf. can. 1426, § 2).

§ 2. Praesidis collegii est:

1° ponentem designare aliumque in eius locum ex iusta causa substituere (cf. art. 47);

2° auditorem designare vel iusta de causa personam idoneam ad actum delegare ad partem vel testem interrogandum (cf. artt. 50, § 1; 51);

3° videre de exceptione adversus defensorem vinculi, promotorem iustitiae vel alios tribunalis administratos (cf. art. 68, § 4);

4° animadvertere in assistentes iudicio ad normam cann. 1457, § 2; 1470, § 2; 1488-1489 (cf. artt. 75, § 1; 87; 111, § 1; 307, § 3);

4° odločiti o pritožbi zoper odločbo predsednika ali poročevalca, s katerim se ugotavlja pravdni spor ali spori (prim. čl. 135, § 4);

5° kar najhitreje (*expeditissime*) rešiti stvar, če stranka vztraja, da se zavrneni dokaz sprejme (prim. čl. 158, § 1);

6° reševati vmesne spore, upoštevajoč čl. 217–218;

7° zaradi tehtnih razlogov podaljšati čas za izdajo sodbe na več kot mesec dni (prim. čl. 249, § 5);

8° naložiti, če je potrebno, prepoved (prim. čl. 250, tč. 3; čl. 251);

9° določiti sodne stroške in odločiti o pritožbi zoper stroške in nagrade (prim. čl. 250, tč. 4; čl. 304, § 2);

10° popraviti stvarne napake v besedilu sodbe (prim. čl. 260);

11° na prizivni stopnji, upoštevajoč čl. 265, potrditi s svojo odločbo, brez odlašanja, sodbo za ničnost zakona, izdano na prvi stopnji, ali vrniti zadevo v redni postopek na novi stopnji;

12° odločiti se o ničnosti sodbe (prim. čl. 269; 274, § 1; 275; 276, § 2; 277, § 2).

13° opravljati druga postopkovna dejanja, ki si jih je pridržal sodni zbor ali so mu bili zaupani.

Čl. 46 – § 1. Sodnemu zboru mora predsedovati sodni vikar ali njegov adjunkt; če to ni mogoče, pa klerik iz zbora, ki ga določi eden izmed njiju (prim. kan. 1426, § 2).

§ 2. Dolžnost predsednika sodnega zbora je:

1° določiti poročevalca ali ga zamenjati z drugim zaradi upravičenih razlogov (prim. čl. 47);

2° določiti zasliševalca, ali, zaradi upravičenih razlogov, pooblastiti primerno osebo za posamezno zaslišanje stranke ali priče (prim. čl. 50 § 1; čl. 51);

3° presoditi o izvzetju branilca vezi, pravdnika in drugih sodnih uslužbencev (prim. čl. 68 § 4);

4° nadzorovati tiste, ki sodelujejo pri sodbi, upoštevajoč predpise kan. 1457, § 2; 1470, § 2; 1488 – 1489 (prim. čl. 75, § 1; 87; 111, § 1; 307, § 3);

5° curatorem admittere aut designare (cf. artt. 99, § 1; 144, § 2);

6° circa procuratoris vel advocati ministerium providere ad normam artt. 101, §§ 1, 3; 102; 105, § 3; 106, § 2; 109; 144, § 2;

7° libellum admittere aut reicere atque partem conventam in iudicium vocare ad normam artt. 119-120; 126;

8° curam habere ut decretum citationis in iudicium statim notificetur, necnon, si casus ferat, partes et defensorem vinculi novo decreto convocare (cf. artt. 126, § 1; 127, § 1);

9° decernere libellum significandum non esse parti conventae, antequam haec in iudicio deposuerit (cf. art. 127, § 3);

10° formulam dubii vel dubiorum proponere et statuere (cf. artt. 127, § 2; 135, § 1);

11° causae instructionem disponere et peragere (cf. artt. 137; 155ss; 239);

12° partem conventam absentem a iudicio declarare et curare ut eadem ab absentia recedat (cf. artt. 138; 142);

13° procedere ad normam art. 140 si actor citationi non paruerit (cf. art. 142);

14° instantiam peremptam declarare vel renuntiationem admittere (cf. artt. 146-147; 150, § 2);

15° peritos nominare et, si casus ferat, relationes ab aliis peritis iam factas assumere (cf. art. 204);

16° petitionem, ut causa incidens instituatur, ad normam art. 220 in limine reicere vel impugnatum decretum a se latum revocare (cf. art. 221, § 2);

17° de mandato collegii quaestionem incidentem per decretum ad normam art. 225 definire;

18° decernere actorum publicationem ac conclusionem in causa et eius discussionem moderari (cf. artt. 229-245);

19° statuere sessionem collegii ad causam definiendam et discussionem collegii moderari (cf. art. 248);

20° providere ad normam art. 255, si iudex sententiae subscriptionem apponere non possit;

21° in processu de quo in art. 265, suo decreto acta defensori vinculi pro voto transmittere et partes monere ut, si velint, animadversiones proponant;

22° gratuitum patrocinium praebere (cf. artt. 306-307);

5° sprejeti ali imenovati skrbnika (prim. čl. 99, § 1; 144, § 2);

6° poskrbeti za službo zastopnika ali odvetnika, upoštevajoč čl. 101, §§ 1, 3; 102; 105, § 3; 106, § 2; 109; 144, § 2;

7° sprejeti ali zavrniti tožbeni spis in povabiti toženo stranko na sodišče, upoštevajoč čl. 119 – 120; 126;

8° skrbeti, da se odločba o vabljenju na sodišče takoj sporoči, in, če je potrebno, stranke in branilca vezi pozvati z novo odločbo (prim. čl. 126, § 1; 127, § 1);

9° določiti, da se tožbeni spis ne sme sporočiti toženi stranki, preden ta ne da izjave na sodišču (prim. 127, § 3);

10° predložiti in določiti pravični spor ali spore (prim. čl. 127, § 2; 135, § 1);

11° določiti in izpeljati postopek raziskovanja zadeve (prim. čl. 137; 155; 239);

12° razglasiti toženo stranko za odsotno ter si prizadevati, da odstopi od odsotnosti (prim. čl. 138; 142);

13° postopati po odredbi čl. 140, če se tožnik ne odzove vabilu na sodišče (prim. čl. 142);

14° razglasiti prekinitev postopka ali sprejeti odpoved le tega (prim. čl. 146 – 147; 150, § 2);

15° imenovati strokovnjake, in če je potrebno, sprejeti že izdelana mnenja drugih strokovnjakov (prim. čl. 204);

16° za začetku zavrniti, upoštevajoč čl. 220, zahtevo za sprejetje vmesnega spora, ali preklicati izpodbijanje lastne odločbe (prim. čl. 221, § 2);

17° rešiti z odločbo po nalogi zbora vmesni spor, upoštevajoč čl. 225;

18° določiti objavo spisov in končanja dokaznega postopka ter predsedovati razpravi o zadevi (prim. čl. 229–245);

19° določiti sejo zbora zaradi reševanja zadeve ter predsedovati razpravi zbora (prim. čl. 248);

20° ukrepati po čl. 255, če sodnik ne bi mogel podpisati sodbe;

21° v postopku, o katerem govori čl. 265, z odločbo dostaviti spise branilcu vezi za mnenje ter opozoriti stranke, da lahko, če to želijo, sporočijo svoje pripombe;

22° odobriti brezplačno pravno pomoč (prim. čl. 306–307);

23° ponere alios actus processuales qui ipso iure vel per actum collegii non fuerint collegio reservati.

Art. 47 – § 1. Ponens seu relator, a praeside ex iudicibus collegii designatus, in coetu iudicum de causa referat, decisionem sub forma responsionis ad propositum dubium scribat necnon sententiam et decreta in causis incidentibus in scriptis redigat (cf. can. 1429; artt. 248, §§ 3, 6; 249, § 1).

§ 2. Ad ponentem seu relatores, admissio libello, potestates praesidis ipso iure spectant de quibus in art. 46, § 2, nn. 8-16, 18, 21, salva facultate praesidis aliquod negotium sibi reservandi.

§ 3. In ipsius locum praeses alium ex iusta causa substituere potest (cf. can. 1429).

Art. 48 – § 1. Vicarius iudicialis ad singulas causas cognoscendas iudices ex ordine per turnum vel, si casus ferat, iudicem unicum secundum ordinem praestabilitum advocet (cf. can. 1425, § 3).

§ 2. In singulis casibus potest Episcopus Moderator aliter statuere (cf. can. 1425, § 3).

Art. 49 – Iudices semel designatos ne subroget Vicarius iudicialis, nisi ex gravissima causa in decreto exprimenda (can. 1425, § 5).

b) De auditoribus et assessoribus

Art. 50 – § 1. Praeses tribunalis potest auditorem designare ad causae instructionem peragendam, eum seligens aut ex tribunalis iudicibus aut ex personis ab Episcopo dioecetano ad hoc munus approbatis (cf. can. 1428, § 1).

§ 2. Episcopus dioecetanus potest pro sua dioecesi ad auditoris munus approbare clericos vel laicos, qui bonis moribus, prudentia et doctrina fulgeant (cf. can. 1428, § 2).

§ 3. Auditoris est, secundum iudicis mandatum, probationes tantum colligere easque collectas iudici tradere; potest autem, nisi iudicis mandatum obstet, interim decidere quae

23° opravljati druge postopkovne zadeve, ki po samem pravu ali z odločbo zbora niso pridržani zboru.

Čl. 47 – § 1. Ponens ali poročevalec, ki ga določi predsednik izmed sodnikov zbora, v sodnem zboru poroča o zadevi, zapisuje odgovore na postavljena vprašanja ter v pisni obliki sestavlja sodbo in odločbe o vmesnih sporih (prim. kan. 1429; čl. 248, §§ 3, 6; 249, § 1).

§ 2. Ponensu ali poročevalcu, po sprejetju tožbenega spisa, pripada po samem pravu oblast predsednika, o kateri govori čl. 46, § 2, tč. 8–16, 18, 21, upoštevajoč oblast predsednika, da neko zadevo pridrži sebi.

§ 3. Predsednik lahko iz upravičenega razloga na njegovo mesto postavi drugega sodnika (prim. kan. 1429).

Čl. 48 – § 1. Sodni vikar naj za sojenje v posameznih pravih pokliče sodnike po turnusu, ali, če je potrebno, sodnika posameznika po vnaprej določenem redu (prim. kan. 1425, § 3).

§ 2. Škof moderator lahko v posameznih primerih določi drugače (prim. kan. 1425, § 3).

Čl. 49 – Že določenih sodnikov naj sodni vikar ne nadomešča, razen iz zelo tehtnega razloga, ki ga je treba v odločbi navesti (kan. 1425, § 5).

b) Sodniki zasliševalci in prisedniki

Čl. 50 – § 1. Predsednik sodišča more, da bi se zbralo procesno gradivo, določiti sodnika zasliševalca, ki ga izbere ali izmed sodnikov sodišča ali izmed oseb, ki jih je za to nalogo potrdil krajevni škof (prim. kan. 1428, § 1).

§ 2. Krajevni škof more za svojo škofijo za nalogo sodnika zasliševalca potrditi klerike ali laike, ki se odlikujejo po moralnosti, modrosti in znanju (prim. kan. 1428, § 2).

§ 3. Naloga sodnika zasliševalca je po naročilu sodnika samo zbrati dokaze in zbrane izročiti sodniku; more pa, če temu ne nasprotuje sodnikovo naročilo, medtem odločiti,

et quomodo probationes colligendae sint, si forte de hac re quaestio oriatur, dum ipse munus suum exercet (can. 1428, § 3).

§ 4. Auditor in quovis iudicii momento iusta de causa amoveri potest ab eo qui eum designavit (cf. can. 193, § 3).

Art. 51 – Praeses, ponens et, firmo art. 50, § 3, auditor possunt iusta de causa personam idoneam *ad actum* delegare, quae, praesertim si pars vel testis sedem tribunalis adire non possit sine gravi incommodo, eos secundum mandata accepta interroget (cf. cann. 1558, § 3; 1561).

Art. 52 – Assessor, qui iudici unico ad normam art. 30, § 3, consulens asciscitur, seligatur ex clericis vel laicis a Moderatore tribunalis ad hoc munus approbatus (cf. can. 1424).

c) De defensore vinculi et promotore iustitiae

Art. 53 – § 1. Pro universis causis nullitatis matrimonii in singulis tribunalibus dioecesanis vel interdioecesanis stabiliter constituentur oportet saltem unus defensor vinculi et promotor iustitiae, firmo art. 34 quoad eorum nominationem (cf. cann. 1430; 1432).

§ 2. Ad singulas vero causas potest alius nominari, firmo eodem art. 34, qui munere defensoris vinculi vel promotoris iustitiae fungatur (cf. can. 1436, § 2).

§ 3. Eadem persona, non autem in eadem causa, officium defensoris vinculi et promotoris iustitiae gerere potest (cf. can. 1436, § 1).

§ 4. Defensor vinculi et promotor iustitiae possunt ab iisdem qui eos nominaverunt, iusta de causa, removeri (cf. can. 1436, § 2).

Art. 54 – Vinculi defensor et promotor iustitiae sint clerici vel laici, integrae famae, in iure canonico doctores vel licentiiati, ac prudentia et iustitiae zelo probati (cf. can. 1435).

katere dokaze in kako jih je treba zbrati, če morebiti glede tega nastane vprašanje, ko on izvršuje svojo nalogo (kan. 1428, § 3).

§ 4. Sodnika zasliševalca more v kateremkoli trenutku sojenja, če obstaja upravičeni razlog, odpoklicati tisti, ki ga je postavil (prim. kan. 193, § 3).

Čl. 51 – Predsednik, ponens in, upoštevajoč čl. 50, § 3, zasliševalec morejo zaradi upravičenega razloga določiti v posameznem primeru (*ad actum*) primerno osebo, predvsem takrat, ko stranka ali priča ne more priti brez velikih težav na sodišče, da jo zasliši po dobljeni nalogi (prim. kan. 1558, § 3, kan. 1561).

Čl. 52 – Prisednik, ki se pridruži sodniku posamezniku kot svetovalec po določbi čl. 30, § 3, mora biti izbran izmed klerikov ali laikov, ki jih je za to službo določil moderator sodišča (prim. kan. 1424).

c) Branilec vezi in pravdnik

Čl. 53 – § 1. Za vse ničnostne zakonske pravde se mora na posameznih škofijskih ali medškofijskih sodiščih za trajno postaviti vsaj en branilec vezi in pravdnik, pri čemer za njuno imenovanje velja čl. 34 (prim. kan. 1430; kan. 1432).

§ 2. Za posamezne zadeve more, upoštevajoč isti čl. 34 imenovati drugega, ki naj opravlja nalogo branilca vezi ali pravdnika (prim. kan. 1436, § 2).

§ 3. Ista oseba more opravljati službo branilca vezi in pravdnika, toda ne v isti pravdi (prim. kan. 1436, § 1).

§ 4. Branilca vezi in pravdnika morejo iz upravičenih razlogov razrešiti tisti, ki so jih imenovali (prim. kan. 1436, § 2).

Čl. 54 – Branilec vezi in pravdnik naj bosta klerika ali laika, na dobrem glasu, doktorja ali licenciata cerkvenega prava ter preizkušena v modrosti in gorečnosti za pravičnost (prim. kan. 1435).

Art. 55 – Defensori vinculi et promotori iustitiae per decretum, de quo in actis mentio fieri debet, ex illis ad normam art. 53, §§ 1-2 nominatis dari possunt a Vicario iudiciali substituti, sive ab initio sive in decursu processus, qui eorum vires gerant, si illi, qui primo loco electi fuerant, impediuntur.

Art. 56 – § 1. In causis de matrimonii nullitate praesentia vinculi defensoris semper requiritur.

§ 2. Ipse vero iam ab initio et in evolutione processus ad normam iuris intervenire debet.

§ 3. In omni iudicii gradu obligatione tenetur proponendi cuiuslibet generis probationes, oppositiones et exceptiones, quae, servata rei veritate, ad vinculi tuitionem conferant (cf. can. 1432).

§ 4. In causis ob incapacitates de quibus in can. 1095, ad eum spectat videre num quaestiones perspicue perito propositae sint quae ad rem faciant nec eiusdem competentiam ultragrediantur; animadvertere num peritiae principiis anthropologiae christianae nitantur atque scientifica methodo confectae fuerint, iudici indicando quidquid in favorem vinculi in eis efferendum inveniat; in casu sententiae affirmativae, in tribunali appellationis clare significare si quid in peritiis contra vinculum a iudicibus non recte perpensum fuerit.

§ 5. Numquam agere potest in favorem nullitatis matrimonii; quod si in casu aliquo peculiari nihil adversus matrimonii nullitatem rationabiliter proponendum vel exponendum habuerit, sese iustitiae tribunalis remittere potest.

§ 6. In gradu appellationis, actis omnibus sedulo cribratis, etsi ad animadversiones pro vinculo in priore instantia exhibitas sese referre potest, semper tamen, praesertim quoad supplementum instructionis, si hoc peractum fuit, proprias animadversiones proponere debet.

Art. 57 – § 1. Promotor iustitiae intervenire debet cum ipse matrimonium impugnat ad normam art. 92, n. 2.

§ 2. Promotor iustitiae, dato decreto a iudice, sive ex officio sive ad instantiam defensoris vinculi vel partis, intervenire debet ubi de lege processuali tutanda agitur, potissimum ubi res est de actu nullitate vel de exceptionibus.

Čl. 55. – Branilcu vezi in pravdniku more sodni vikar z dekretom, ki mora biti v listinah omenjen (prim. čl. 53, §§ 1-2) tako na začetku kakor tudi v teku postopka dati namestnika, ki ju zamenjujeta, če sta zadržana tista, ki sta bila prvotno izbrana.

Čl. 56 – § 1. V ničnostnih zakonskih pravnih se vedno zahteva navzočnost branilca vezi.

§ 2. Ta mora po zakonu sodelovati od začetka postopka in ves čas trajanja procesa.

§ 3. Njegova naloga je na vseh stopnjah sojenja predlagati katerokoli vrsto dokaza, nasprotovanje ali ugovore, ki pripomorejo k zaščiti zakonske zveze (prim. kan. 1432).

§ 4. V zadevah zaradi nesposobnosti, o kateri govori kan. 1095, je branilec dolžan pregledati, ali so izvedencem jasno postavljena vprašanja, ki se nanašajo na stvar, in ali ne presegajo njihove pristojnosti; nadzirati, da izvedenska mnenja temeljijo na načelih krščanske antropologije in da so izdelana na znanstveni način; opozoriti sodnika na vse tisto, kar je v njih mogoče navesti v prid zakona; pri potrditveni sodbi je dolžan prizivnemu sodišču sporočiti, ali so sodniki v izvedenskemu mnenju proti zakonu kaj napačno presodili.

§ 5. Nikoli ne sme delovati v prid ničnosti zakona; če v kakršnem posebnem primeru ne bi imel kaj razumnega predložiti ali navajati proti ničnosti zakona, se more prepustiti pravičnosti sodišča.

§ 6 Na prizivni stopnji mora ponovno pregledati vse spise in poročila, ki so bila izrečena v korist zakona na prvi stopnji, in predlagati svoja opažanja, še posebej glede dopolnil postopka, če so bila uresničena.

Čl. 57 – § 1. Pravdnik mora sodelovati, kadar on sam izpodbija veljavnost zakona, upoštevajoč čl. 92, tč. 2.

§ 2. Pravdnik na temelju odločbe sodnika, bodisi po službeni dolžnosti bodisi na zahtevo branilca vezi ali strank, mora sodelovati, ko gre za zaščito pravnega postopka, posebno če gre za ničnostna dejanja ali za ugovore.

§ 3. Si in praecedenti instantia causae principalis vel incidentis intervenerit promotor iustitiae, in ulteriore gradu eiusdem causae eius interventus praesumitur necessarius (cf. can. 1431, § 2).

Art. 58 – In causis in quibus promotor iustitiae matrimonium ad normam art. 57, § 1 impugnavit, ipse iisdem gaudet iuribus ac pars actrix, nisi ex rei natura vel ipso iuris praescripto aliud constet.

Art. 59 – Nisi aliud expresse caveatur:

1° quoties lex praecipit ut iudex partes earumve alteram audiat, etiam vinculi defensor et promotor iustitiae, si iudicio intersit, audiendi sunt;

2° quoties instantia partis requiritur ut iudex aliquid decernere possit, instantia vinculi defensoris vel promotoris iustitiae, si iudicio intersit, eandem vim habet (cf. can. 1434).

Art. 60 – Defensore vinculi vel promotore iustitiae, si eius praesentia requiritur, non citatis, acta irrita sunt, nisi ipsi, etsi non citati, revera interfuerint, aut saltem ante sententiam, actis inspectis, munere suo fungi potuerint (cf. can. 1433).

d) De cancellariae tribunalis moderatore et ceteris notariis

Art. 61 – § 1. Ad cancellariae tribunalis moderatorem, qui eo ipso est notarius ad acta iudicialia, spectat curare ut iuxta iudicis mandata acta tribunalis recte redigantur et expediantur atque in archivio custodiantur (cf. can. 482).

§ 2. Ideo, nisi aliter provisum fuerit, ad ipsum pertinet: referre in protocollo acta omnia quae ad tribunal pervenerint; causarum initium, progressum et finem in protocollo adnotare; documenta a partibus exhibita recipere; citationes et litteras expedire; summaria processuum conficienda et iudicibus distribuenda curare; acta et documenta cuiusque causae custodire; eorundem exemplar, authenticitatis nota munitum, si appellatio interponatur vel ex officio, ad tribunal appellationis mittere; exemplar actorum ac documen-

§ 3. Če je pravdnik sodeloval na prejšnji stopnji glavne ali vmesne pravde, se domneva, da je njegovo sodelovanje potrebno tudi na nadaljnji stopnji iste pravde (prim. kan. 1431, § 2).

Čl. 58 – V pravnih, v katerih je pravdnik izpodbijal zakon po določbi čl. 57, § 1, ima iste pravice, ki pripadajo tožniku, razen če se iz narave stvari ali iz samega pravnega predpisa ugotovi kaj drugega.

Čl. 59 – Če ni izrečno določeno kaj drugega:

1° je treba vsakokrat, ko zakon ukazuje, naj sodnik zasliši stranki ali katero od njiju, zaslišati tudi branilca vezi in pravnika, če se udeležujeta sodnega postopka;

2° ima vsakokrat, ko je potrebna zahteva stranke, da more sodnik kaj odločiti, zahteva branilca vezi ali pravdnika, ki se udeležujeta sodnega postopka, isto moč (prim. kan. 1434).

Čl. 60 – Če se zahteva navzočnost branilca vezi ali pravnika, a nista bila povabljeni, so spisi neveljavni, razen če sta se, čeprav nista bila povabljeni, dejansko udeležila pravde, ali sta vsaj pred izrekom sodbe po pregledu spisov mogla opraviti svojo nalogo (prim. kan. 1433).

d) Voditelj sodne pisarne in drugi notarji

Čl. 61. – § 1. Voditelju sodne pisarne, ki je hkrati notar za sodne spise, pripada skrb, da se spisi verodostojno sestavljajo in se odpošiljajo po sodnikovem ukazu ter da se hranijo v arhivu (prim. kan. 482).

§ 2. Razen tega, če ni drugače določeno, istemu pripada: vnesti v opravični zapisnik vse spise, ki prispejo na sodišče; vnesti v zapisnik začetek, potek in zaključek pravde; sprejeti dokumente, ki jih prinesejo stranke; odposlati vabila in dopise; varovati spise in dokumente vsake pravde; poslati njihov izvod, potrjen z oznako verodostojnosti, če se vloži priziv ali po službeni dolžnosti prizivnemu sodišču; varovati v arhivu sodišča originalni izvod spisa in dokumentov; potrditi

torum originale in tribunalis archivo asservare; cuiusvis actus vel documenti exemplar authenticitatis signo munire ad instantiam legitimam cuius interest; denique documenta restituere ad normam art. 91, §§ 1-2.

§ 3. Moderator cancellariae sedulo abstineat a quolibet interventu in causa praeter ea quae ad suum munus spectant.

§ 4. Absente vel impedito moderatore cancellariae, alius notarius ad acta iudicialia de his omnibus curam gerat.

Art. 62 – § 1. Cuilibet processui intersit notarius seu actuarius, adeo ut nulla habeantur acta, si non fuerint ab eo subscripta (cf. can. 1437, § 1).

§ 2. Acta, quae notarii in exercitio sui muneris et servatis sollemnitatibus iure praescriptis conficiunt, publicam fidem faciunt (cf. cann. 1437, § 2; 1540, § 1).

§ 3. Notario, per decretum de quo in actis mentio fieri debet, dari potest substitutus, qui, si ille impediatur, eius vices gerat.

§ 4. Substitutus iusta de causa ad actum nominari potest a iudice eiusve delegato vel auditore, praesertim si pars vel testis extra sedem tribunalis interrogandi sint.

Art. 63 – Moderator cancellariae et notarii integrae famaе et omni suspitione maiores debent esse (cf. can. 483, § 2).

Art. 64 – Iidem ab officio removeri possunt in tribunali dioecetano ad normam can. 485; in tribunali vero interdioecetano, ab Episcopo Moderatore.

primer vsakega spisa ali dokumenta z oznako verodostojnosti na zahtevo tistega, kogar se to tiče; ne nazadnje vrniti dokumente, upoštevajoč čl. 91, §§ 1–2.

§ 3. Voditelj pisarne naj se vzdrži kakršnegakoli posredovanja v pravdi, razen tistega, kar pripada njegovi službi.

§ 4. Če je voditelj pisarne odsoten ali zadržan, naj za vse to poskrbi drugi notar za sodne spise.

Čl. 62 – § 1. V vsakem postopku mora sodelovati notar ali zapisnikar; spisi, ki jih ne podpiše, so neveljavni (prim. kan. 1437, § 1).

§ 2. Spisi, ki jih sestavijo notarji v izvrševanju svoje službe in ob upoštevanju pravno predpisanih oblik, imajo javno veljavo (prim. kan. 1437, § 2; kan. 1540, § 1).

§ 3. Z odločbo, ki se mora omeniti v spisih, se lahko notariju dodeli namestnik, ki ga nadomešča, če je zadržan.

§ 4. Zaradi upravičenega razloga lahko sodnik ali njegov pooblaščenec oziroma zasliševalec imenujejo namestnika za posamezno zadevo, predvsem če je treba zaslišati stranko ali pričo zunaj sedeža sodišča.

Čl. 63 – Voditelj pisarne in notarji morajo biti na dobrem glasu in neoporečni (prim. kan. 483, § 2).

Čl. 64 – Iz službe na škofijskem sodišču jih je mogoče odpoklicati ob upoštevanju kan. 485, na medškofijskem sodišču pa stori to škof moderator.

Titulus III DE DISCIPLINA IN TRIBUNALIBUS SERVANDA

CAPUT I DE OFFICIO IUDICUM ALIORUMQUE TRIBUNALIS MINISTRORUM

Art. 65 – § 1. Iudex, antequam causam acceptet et quoties cumque spem boni exitus perspicit, pastoralia media adhibeat, ut coniuges, si fieri potest, ad matrimonium forte convalidandum et ad coniugalem convictum restaurandum inducantur (can. 1676).

§ 2. Quod si hoc fieri nequit, iudex coniuges hortetur ut, omni optato personali postposito, veritatem facientes in caritate, sincere conspirent ad veritatem obiectivam detegendam, prout exigit ipsa natura causae matrimonialis.

§ 3. Si vero iudex animadvertit coniuges animo averso in alterutrum affici, enixe eos hortetur ut inter processum, quavis simultate vitata, comitatem, humanitatem et caritatem ad invicem servent.

Art. 66 – § 1. Qui causae interfuit tamquam iudex, nequit postea valide eandem causam in alia instantia tamquam iudex definire aut munus assessoris sustinere (cf. can. 1447).

§ 2. Qui causae interfuit tamquam defensor vinculi, promotor iustitiae, procurator, advocatus, testis aut peritus, nequit valide eandem causam in eadem vel in alia instantia tamquam iudex definire aut munus assessoris sustinere (cf. can. 1447).

Art. 67 – § 1. Iudex cognoscendam ne suscipiat causam, in qua ratione consanguinitatis vel affinitatis in quolibet gradu lineae rectae et usque ad quartum gradum lineae collateralis, vel ratione tutelae et curatelaе, intimae vitae consuetudinis, magnae simultatis, vel lucri faciendi aut damni vitandi, aliquid ipsius intersit, vel in qua quaevis alia fundata suspicio acceptionis personarum in ipsum cadere possit (cf. can. 1448, § 1).

Tretji naslov

SODNI RED

PRVO POGlavJE

SLUŽBA SODNIKOV

IN DRUGIH SODNIH USLUŽBENCEV

Čl. 65 – § 1. Preden sodnik pravdo sprejme in kolikorkrat upa v dober izid, naj, če je mogoče, uporabi pastoralna sredstva, da zakonca navede k morebitni utrditvi zakona in k obnovitvi skupnega zakonskega življenja (kan. 1676).

§ 2. Če to ni mogoče, naj sodnik spodbudi zakonca, da iskreno sodelujeta, potem ko sta se odpovedala vsaki osebi, ni želji in si prizadevata za resnico v ljubezni, da se ugotovi objektivna resnica, kakor to zahteva sama narava zakonske pravde.

§ 3. Če sodnik opazi, da zakonca gojita medsebojno sovraštvo, naj jima toplo prigovarja, da med postopkom odložitve vsakršno grenkobo ter drug do drugega ohranjata vljudnost, človečnost in ljubezen.

Čl. 66 – § 1. Kdor se je udeležil pravde kot sodnik, ne more v isti zadevi na drugi stopnji pozneje veljavno odločati kot sodnik ali na njej prevzeti naloge prisednika (prim. kan. 1447).

§ 2. Kdor se je udeležil pravde kot branilec vezi, pravdnik, zastopnik, odvetnik, priča ali izvedenec, ne more v isti zadevi na isti ali na drugi stopnji pozneje veljavno odločati kot sodnik ali na njej prevzeti naloge prisednika (prim. kan. 1447).

Čl. 67 – § 1. Sodnik naj ne sprejme sojenja v zadevi, v kateri je kaj prizadet zaradi sorodstva ali svaštva v kateremkoli kolenu ravne črte in do četrtega kolena stranske črte ali zaradi varuštva ali skrbstva, tesne prijateljske vezi, velikega sovraštva ali pridobitve koristi ali odvrnitve škode ali če ni mogel nanj pasti kakršenkoli drug utemeljen sum zaradi naklonjenosti neki osebi (prim. kan. 1448, § 1).

§ 2. In iisdem adiunctis ab officio suo abstinere debent defensor vinculi, promotor iustitiae, assessor et auditor alique tribunalis administri (cf. can. 1448, § 2).

Art. 68 – § 1. In casibus, de quibus in art. 67, nisi iudex, defensor vinculi, promotor iustitiae vel alius tribunalis administer abstineant, pars potest eos recusare (cf. can. 1449, § 1).

§ 2. De recusatione iudicis videt Vicarius iudicialis; si ipse recusetur, videt Episcopus Moderator (cf. can. 1449, § 2).

§ 3. Si Episcopus sit iudex et contra eum recusatio opponatur, ipse abstineat a iudicando (can. 1449, § 3).

§ 4. Si recusatio opponatur contra defensorem vinculi, promotorem iustitiae vel alios tribunalis administros, de hac exceptione videt praeses in tribunali collegiali vel ipse iudex, si unicus sit (cf. can. 1449, § 4).

§ 5. Firmo art. 67, § 1, fundata censi nequit recusatio opposita ob actus a iudice aliove administro tribunalis legitime positos.

Art. 69 – § 1. Recusatione admissa, personae mutari debent, non vero iudicii gradus (can. 1450).

§ 2. Quod si tribunal ob defectum aliorum administratorum causam suscipere non possit et aliud tribunal competens non habeatur, res deferatur ad Signaturam Apostolicam ut tribunal designet ad causam pertractandam.

Art. 70 – § 1. Quaestio de recusatione expeditissime definienda est, auditis partibus, vinculi defensore et promotore iustitiae, si iudicio intersit, neque ipsi recusati sint (cf. can. 1451, § 1).

§ 2. Actus positi a iudice antequam recusetur, validi sunt; qui autem positi sunt post propositam recusationem, rescindi debent, si pars petat intra decem dies ab admissa recusatione (can. 1451, § 2).

Art. 71 – § 1. Causa nullitatis matrimonii legitime introducta, iudex procedere potest et debet non tantum ad instantiam partium sed etiam ex officio (cf. can. 1452, § 1).

§ 2. V istih okoliščinah se morajo vzdržati izvrševanja svoje službe branilec vezi, pravdnik, prisednik in sodnik zasliševalec, kakor tudi ostali uslužbenci sodišča (prim. kan. 1448, § 2).

Čl. 68 – § 1. V primerih, ki so omenjeni v čl. 67, lahko stranaka sodnika, branilca vezi, pravdnika ali drugega uslužbenca sodišča odkloni, če se sami ne vzdržijo (prim. kan. 1449, § 1).

§ 2. O odklonitvi sodnika odloča sodni vikar; če je on odklonjen, odloča škof moderator (prim. kan. 1449, § 2).

§ 3. Če naj bo škof sodnik in se zoper njega uveljavlja odklonitev, naj se sam vzdrži sojenja (kan. 1449, § 3).

§ 4. Če se uveljavlja odklonitev zoper branilca vezi, pravdnika ali druge sodne uslužbenca, o tem ugovoru odloča predsednik sodnega zbora ali sam sodnik, če sodi kot posameznik (prim. kan. 1449, § 4).

§ 5. Upoštevajoč čl. 67, § 1 ni mogoče upoštevati za utemeljeno odklonitev, ki se uveljavlja proti dejanjem, ki jih je zakonito izvršil sodnik ali drug uslužbenec sodišča.

Čl. 69 – § 1. Če se odklonitev dopusti, je treba zamenjati osebe, ne pa stopnje sodišča (kan. 1450).

§ 2. Če sodišče ne more sprejeti pravde zaradi pomanjkanja drugih uslužbencev in ni drugega pristojnega sodišča, se zadeva posreduje Apostolski signaturi, da odredi sodišče, ki bo pravdo obravnavalo.

Čl. 70 – § 1. Vprašanje glede odklonitve je treba kar najhitreje rešiti, ko se zaslišijo stranke, branilec vezi in pravdnik, če sta udeležena in nista sama odklonjena (prim. kan. 1451, § 1).

§ 2. Dejanja, ki jih je sodnik izvršil, preden je prišlo do odklonitve, so veljavna; tista, ki so bila izvršena po predloženi odklonitvi, se morajo razveljaviti, če stranka vloži zahtevo v roku desetih dni, odkar je bila odklonitev dopuščena (prim. kan. 1451, § 2).

Čl. 71 – § 1. Ko je bila zakonito uvedena ničnostna zakonska pravda, more in mora sodnik voditi postopek ne samo na zahtevo stranke, ampak tudi po uradni dolžnosti (prim. kan. 1452, § 2).

§ 2. Ideo iudex partium negligentiam in probationibus afferendis vel in exceptionibus opponendis supplere potest et debet, quoties id necessarium censeat ad vitandam iniustam sententiam, firmis praescriptis art. 239 (cf. can. 1452, § 2).

Art. 72 – Iudices et tribunalia curent ut quam primum, salva iustitia, causae omnes terminentur, utque in tribunali primae instantiae ultra annum ne protrahantur, in tribunali vero secundae instantiae, ultra sex menses (can. 1453).

Art. 73 – § 1. Iudices aliique tribunalis ministri et adiutores tenentur ad secretum officii servandum (cf. can. 1455, § 1).

§ 2. Speciali ratione iudices tenentur ad secretum servandum de discussione quae inter eos in tribunali collegiali ante ferendam sententiam habetur, tum etiam de variis suffragiis et opinionibus ibidem prolatis, firmo praescripto art. 248, § 4 (cf. can. 1455, § 2).

§ 3. Quoties natura causae vel probationum talis sit ut ex actorum vel probationum evulgatione aliorum fama periclitetur, vel praebeatur ansa dissidiis, aut scandalum aliudve id genus incommodum oriatur, iudex poterit testes, peritos, partes earumque advocatos vel procuratores peculiari iureiurando vel, si casus ferat, saltem promissione astringere ad secretum servandum, salvis artt. 159, 229-230 (cf. can. 1455, § 3).

Art. 74 – Iudex et omnes tribunalis administri, occasione agendi iudicii, dona quaevis acceptare prohibentur (can. 1456).

Art. 75 – § 1. Iudices aliique tribunalis ministri et adiutores qui contra sibi commissum officium deliquerint, puniantur ad normam iuris (cf. cann. 1386; 1389; 1391; 1457; 1470, § 2).

§ 2. Ubi recta iustitiae administratio ob negligentiam, imperitiam, vel abusus impediatur, Episcopus Moderator tribunalis vel coetus Episcoporum mediis aptis adhibitis provideant, non exclusa, si casus ferat, amotione ab officio.

§ 3. Quicumque illegitime actu iuridico, immo quovis alio actu dolo vel culpa posito, alteri damnum infert, obligatione tenetur damnum reparandi (can. 128).

§ 2. Poleg tega more in mora sodnik dopolniti nemarnost strank pri predložitvi dokazov ali uveljavljanju ugovorov, kadar ima to za potrebno, da prepreči hudo krivično sodbo, velja pa predpisi čl. 239 (prim. kan. 1452, § 2).

Čl. 72 – Sodniki in sodišča naj skrbijo, da se vse zadeve ob neokrnjeni pravičnosti čim prej zaključijo in da pri sodišču prve stopnje ne bodo trajale več kot eno leto, pri sodišču druge stopnje pa ne več kot šest mesecev (kan. 1453).

Čl. 73 – § 1. Sodniki in drugi uslužbenci ter sodni pomočniki so dolžni varovati uradno tajnost (prim. kan. 1455, § 1).

§ 2. Sodniki so posebno dolžni varovati tajnost tako o razpravljanju med njimi v sodnem zboru pred izrekom sodbe kakor tudi o različnih glasovanjih in mnenjih, ki so bila pri tem izrečena, velja pa predpis čl. 248, § 4 (prim. kan. 1455, § 2).

§ 3. Kadar je narava zadeve ali dokazov takšna, da bi moglo zaradi objave spisov ali dokazov trpeti dobro ime drugih, ali bi bilo to povod za spore, ali bi nastalo pohujšanje ali kakšna druga nevšečnost te vrste, lahko sodnik priče, izvedence, stranke in njihove odvetnike ali zastopnike s posebno prisego ali vsaj z obljubo zaveže k molčečnosti, upoštevajoč čl. 159, 229–230 (prim. kan. 1455, § 3).

Čl. 74 – Sodnikom in vsem sodnim uslužbencem je pri izvrševanju sodstva prepovedano sprejemati kakršnakoli darila (kan. 1456).

Čl. 75 – § 1. Sodniki in drugi uslužbenci ter pomočniki sodišča, ki zagrešijo nezakonitosti proti službi, ki jim je poverjena, naj se kaznujejo po pravni določbi (prim. kan. 1386; 1389; 1391; 1457; 1470, § 2).

§ 2. Kjer je zaradi nemarnosti, nestrokovnosti ali zlorabe preprečeno pravično sojenje, naj škof moderator sodišča ali škofovsko konferenca poskrbita za primerna sredstva, ne izključujoč tudi, če je potrebno, odstavev od službe.

§ 3. Kdor z nezakonitim pravnim dejanjem, pa tudi s kate-rimkoli drugim dejanjem, storjenim po naklepu ali malomarnosti, povzroči drugemu škodo, je dolžan prizadejano škodo popraviti (kan. 128).

CAPUT II
DE ORDINE COGNITIONUM

Art. 76 – § 1. Causae cognoscendae sunt eo ordine quo fuerunt propositae et in albo inscriptae (cf. can. 1458).

§ 2. Si autem aliqua causa celerem prae ceteris expeditio-
nem exigit, id peculiari decreto, rationibus suffulto, statuen-
dum est (cf. can. 1458).

Art. 77 – § 1. Vitia, quibus sententiae nullitas haberi po-
test, in quolibet iudicii statu vel gradu excipi possunt ite-
mque a iudice ex officio declarari (can. 1459, § 1).

§ 2. Praeter casus de quibus in § 1, exceptiones dilatoriae,
eae praesertim quae respiciunt personas et modum iudicii,
proponendae sunt antequam formula dubii statuatur, nisi
formula dubii iam statuta emerserint, et quam primum defi-
niendae (cf. can. 1459, § 2).

Art. 78 – § 1. Si exceptio proponatur contra tribunalis
competentiam, hac de re collegium videre debet, salvo art.
30, § 3 (cf. can. 1460, § 1).

§ 2. In casu exceptionis de incompetencia relativa, si col-
legium se competens pronuntiet, eius decisio non admittit
appellationem, at non prohibetur querela nullitatis, de qua
in artt. 269–278, aut restitutio in integrum, de qua in cann.
1645–1648 (cf. can. 1460, § 2).

§ 3. Quod si collegium se incompetens declaret, pars quae
se gravatam reputat, potest intra quindecim dies utiles pro-
vocare ad tribunal appellationis (cf. can. 1460, § 3).

Art. 79 – Tribunal in quovis stadio causae se absolute
incompetens agnoscens, suam incompetentiam declarare
debet (cf. can. 1461).

Art. 80 – Quaestiones de cautione pro expensis iudiciali-
bus praestanda aut de concessione gratuiti patrocinii, quod
statim ab initio postulatum fuerit, et aliae huiusmodi regu-
lariter videndae sunt antequam formula dubii statuatur (cf.
can. 1464).

DRUGO POGLAVJE

VRSTNI RED PRI REŠEVANJU ZADEV

Čl. 76 – § 1. Pravde se morajo reševati po istem redu, kakor so bile predložene ali vpisane v seznam (prim. kan. 1458).

§ 2. Če pa katera pravda zahteva hitrejšo rešitev kot druge, je treba to ugotoviti s posebno odločbo, podprto z razlogi (prim. kan. 1458).

Čl. 77 – § 1. Zoper kršitve, zaradi katerih more biti sodba nična, je mogoče ugovarjati pri kakršnemkoli stanju ali na katerikoli stopnji sojenja in enako jih more sodnik razglasiti po uradni dolžnosti (kan. 1459, § 1).

§ 2. Razen primerov, ki so omenjeni v § 1, je treba odločilne ugovore, zlasti tiste, ki se tičejo oseb in načina sodnega postopka, predložiti pred ugotavljanjem pravnega spora, razen če so se pojavili med ugotavljanjem pravnega spora in jih je treba čimprej rešiti (prim. kan. 1459, § 2).

Čl. 78 – § 1. Če se vloži ugovor proti pristojnosti sodišča, mora o tej stvari odločiti zbor, upoštevajoč čl. 30, § 3 (prim. kan. 1460, § 1).

§ 2. Če se zbor ob ugovoru o relativni nepristojnosti razglasi za pristojnega, zoper njegovo odločitev ni dopuščen priziv; ni pa prepovedana ničnostna pritožba, o kateri govorijo čl. 269–278, ali vrnitev v prejšnje stanje, o kateri je govor v kan. 1645–1648 (prim. kan. 1460, § 2).

§ 3. Če se zbor razglasi za nepristojnega, se more stranka, ki se čuti prizadeto, v petnajstih uporabnih dneh pritožiti na prizivno sodišče (prim. kan. 1460, § 3).

Čl. 79 – Sodišče, ki v kateremkoli stanju zadeve ugotovi, da je absolutno nepristojno, mora svojo nepristojnost razglasiti (prim. kan. 1461).

Čl. 80 – Vprašanja o položitvi varščine za sodne stroške ali o podelitvi pravice ubogih, ki je bila takoj na začetku zaprošena, in druga podobna, je treba praviloma odločiti pred ugotavljanjem pravnega spora (prim. kan. 1464).

CAPUT III
DE TERMINIS ET DILATIONIBUS

Art. 81 – § 1. Fatalia legis quae dicuntur, id est termini perimendis iuribus lege constituti, prorogari non possunt, neque valide, nisi petentibus partibus, coarctari (can. 1465, § 1).

§ 2. Termini autem iudiciales et conventionales, id est a iudice motu proprio vel consentientibus partibus statuti, ante eorum lapsum, poterunt, iusta intercedente causa, ab ipso iudice, auditis vel petentibus partibus, prorogari, numquam autem sine earum assensu valide coarctari (cf. can. 1465, § 2).

§ 3. Caveat tamen iudex ne nimis diuturna pertractatio causae fiat ex prorogatione (cf. can. 1465, § 3).

Art. 82 – Ubi lex terminos haud statuatur ad actus processuales peragendos, iudex illos praefinire debet, habita ratione naturae uniuscuiusque actus (can. 1466).

Art. 83 – Si die ad actum iudicalem indicto vacaverit tribunal, terminus intellegitur prorogatus ad primum sequentem diem non feriatum (can. 1467).

CAPUT IV
DE LOCO IUDICII

Art. 84 – Uniuscuiusque tribunalis sedes sit, quantum fieri potest, stabilis, quae statutis horis pateat (can. 1468).

Art. 85 – § 1. Iudex e territorio suo vi expulsus vel a iurisdictione ibi exercenda impeditus, potest extra territorium iurisdictionem suam exercere et sententiam ferre, certiore tamen hac de re facto Episcopo dioecetano (can. 1469, § 1).

§ 2. Praeter casum de quo in § 1, iudex, ex iusta causa et auditis partibus, potest ad probationes acquirendas etiam extra proprium territorium se conferre, de licentia tamen Episcopi dioecetani loci adeundi et in sede ab eodem designata (can. 1469, § 2).

TRETJE POGLAVJE ROKI IN PODALJŠANJA

Čl. 81 – § 1. Tako imenovanih zakonitih strogih rokov (*fatalia legis*), to je takšnih, ki so po zakonu določeni, da v njih ugasnejo pravice, ni mogoče podaljšati, ne veljavno skrajšati, razen če stranke prosijo (kan. 1465, § 1).

§ 2. Sodniške in dogovorjene roke, to je takšne, ki jih je določil sodnik na lastno pobudo ali s soglasjem strank, more isti sodnik, preden se iztečejo, podaljšati, če nastopi upravičen razlog, ko zasliši stranki ali na njuno prošnjo, nikdar pa jih ne sme veljavno skrajšati brez soglasja strank (prim. kan. 1465, § 2).

§ 3. Sodnik naj vsekakor pazi, da obravnavanje pravde zaradi podaljšanja rokov ne bo trajalo predolgo (prim. kan. 1465, § 3).

Čl. 82 – Kjer zakon ne določa rokov za izvršitev procesnih dejanj, jih mora sodnik vnaprej določiti, ko upošteva naravo vsakega opravila (kan. 1466).

Čl. 83 – Če na dan, ki je določen za napovedano sodno opravilo, sodišče ne uraduje, velja, da je rok podaljšan na prvi naslednji nepraznični dan (kan. 1467).

ČETRTO POGLAVJE KRAJ SOJENJA

Čl. 84 – Vsako sodišče naj ima, kolikor je mogoče, stalni sedež, ki naj bo odprt ob določenih urah (kan. 1468).

Čl. 85 – § 1. Sodnik, ki je s silo izgnan s svojega ozemlja ali oviran, da bi tam izvrševal sodstvo, more svojo oblast izvrševati in izrekati sodbe zunaj ozemlja, vendar mora o tem obvestiti krajevnega škofa (kan. 1469, § 1).

§ 2. Razen primera, ki ga omenja § 1, more sodnik iz upravičenega razloga in po zaslišanju strank iti izven lastnega ozemlja, da opravi dokazni postopek, vendar z dovoljenjem krajevnega škofa kraja, kamor je prišel, in na sedežu, ki ga je le-ta določil (kan. 1469, § 2).

CAPUT V
DE PERSONIS IN AULAM ADMITTENDIS
ET DE MODO CONFICIENDI ET CONSERVANDI ACTA

Art. 86 – Dum causae coram tribunali aguntur, ii tantummodo adsint in aula quos lex aut iudex ad processum expediendum necessarios esse statuerit (cf. can. 1470, § 1).

Art. 87 – Omnes iudicio assistentes, qui reverentiae et obedientiae tribunali debitae graviter defuerint, iudex potest ad officium reducere, advocatos praeterea et procuratores etiam a munere in causa exercendo suspendere (cf. can. 1470, § 2).

Art. 88 – § 1. Acta iudicialia, tum quae meritum quaestionis respiciunt, seu acta causae, tum quae ad formam procedendi pertinent, seu acta processus, scripto redacta esse debent (can. 1472, § 1).

§ 2. Singula folia actorum numerentur et authenticitatis signo muniantur (can. 1472, § 2).

Art. 89 – Quoties in actis iudicialibus partium aut testium subscriptio requiritur, si pars aut testis subscribere nequeat vel nolit, id in ipsis actis adnotetur, simulque iudex et notarius fidem faciant actum ipsum de verbo ad verbum parti aut testi perlectum fuisse, et partem aut testem vel non potuisse vel noluisse subscribere (can. 1473).

Art. 90 – § 1. Si causa apud forum appellationis cognoscenda sit, actorum exemplar, fide facta a notario de eius authenticitate et integritate, ad tribunal superius mittatur (cf. can. 1474, § 1).

§ 2. Si acta exarata fuerint lingua tribunali superiori ignota, transferantur in aliam eidem tribunali cognitam, cautelis adhibitis, ut de fideli translatione constet (can. 1474, § 2).

Art. 91 – § 1. Iudicio expleto, documenta quae in privatorum dominio sunt, restitui debent, retento tamen eorum exemplari a notario signo authenticitatis munito (cf. can. 1475, § 1).

§ 2. Moderator cancellariae et notarii sine iudicis mandato tradere prohibentur exemplar actorum iudicialium et documentorum, quae sunt processui acquisita (cf. can. 1475, § 2).

PETO POGLAVJE
OSEBE, KI IMAJO PRISTOP V SODNO DVORANO,
IN NAČIN, KAKO SE SESTAVLJAJO IN HRANIJO SPISI

Čl. 86 – Med obravnavanjem zadeve na sodišču smejo biti v dvorani navzoči le tisti, za katere določa zakon ali sodnik, da so za potek postopka potrebni (prim. kan. 1470, § 1).

Čl. 87 – Sodnik more vse pri sojenju navzoče, ki bi se težko pregrešili proti sodišču dolžnemu spoštovanju in poslušnosti, pripraviti k izpolnjevanju dolžnosti, odvetnikom in zastopnikom pa more poleg tega odvzeti tudi opravljanje službe v pravi (prim. kan. 1470, § 2).

Čl. 88 – § 1. Sodna dejanja, tako tista, ki zadevajo bistvo vprašanja, to je dejanja, ki se tičejo stvari same, kakor tista, ki spadajo k obliki postopka, to je procesna dejanja, je treba opraviti pisno (kan. 1472, § 1).

§ 2. Posamezne listine sodnih spisov je treba oštevilčiti in opremiti z znakom pristnosti (kan. 1472, § 2).

Čl. 89 – Če stranka ali priča, kadar se v sodnih spisih zahteva podpis strank ali prič, ne more ali noče podpisati, naj se to v spisih omeni. Hkrati naj sodnik ali notar potrdita, da so bili spisi sami stranki ali priči dobesedno prebrani in da stranka ali priča ni mogla ali ni hotela podpisati (kan. 1473).

Čl. 90 – § 1. Če mora pravdo reševati prizivno sodišče, je treba prepis spisov z overitvijo notarja o njihovi pristnosti in celovitosti poslati višjemu sodišču (prim. kan. 1474, § 1).

§ 2. Če so bili spisi sestavljeni v jeziku, ki ga višje sodišče ne razume, naj se prevedejo v drug jezik, ki ga sodišče razume, ob uporabi primernih ukrepov, da je zagotovljena točnost prevoda (kan. 1474, § 2).

Čl. 91 – § 1. Ko je postopek končan, je treba listine, ki so v zasebni lasti, vrniti, vendar se zadrži njihov prepis z notarjevo označbo o pristnosti (prim. kan. 1475, § 1).

§ 2. Voditelju pisarne in notarjem je prepovedano brez sodnikovega naročila izročiti prepis sodnih spisov in listin, ki so bile pridobljene za postopek (prim. kan. 1475, § 2).

Titulus IV DE PARTIBUS IN CAUSA

CAPUT I

DE IURE IMPUGNANDI MATRIMONIUM

Art. 92 – Habiles sunt ad matrimonium impugnandum:

1° coniuges sive catholici sive acatholici (cf. cann. 1674, n. 1; 1476; art. 3, § 2);

2° promotor iustitiae, cum nullitas iam divulgata est, et matrimonium convalidari nequeat aut non expediat (cf. can. 1674, n. 2).

Art. 93 – Matrimonium quod, utroque coniuge vivente, non fuit impugnatum, post mortem alterutrius vel utriusque coniugis impugnari potest ab eo, cui nullitatis causa sit praeiudicialis ad controversiam in foro canonico vel civili solvendam (cf. can. 1675, § 1).

Art. 94 – Si coniux moriatur pendente causa, servetur art. 143 (cf. can. 1675, § 2).

CAPUT II

DE CONIUGIBUS PARTIBUS IN CAUSA

Art. 95 – § 1. Ad veritatem facilius detegendam et ius defensionis aptius tuendum, valde expedit ut uterque coniux processui nullitatis matrimonii intersit.

§ 2. Ideo respondere debet coniux legitime in iudicium vocatus (cf. can. 1476).

Art. 96 – Licet coniux procuratorem vel advocatum constituerit, semper tamen tenetur in iudicio ipsemet adesse ad praescriptum iuris vel iudicis (cf. can. 1477).

Art. 97 – § 1. Ii, qui rationis usu destituti sunt, stare in iudicio tantummodo possunt per curatorem (cf. can. 1478, § 1).

Četrty naslov PRAVDNE STRANKE

PRVO POGlavJE PRAVICA IZPODBIJATI ZAKON

Čl. 92 – Za izpodbijanje zakona so sposobni:

1° zakonca, bodisi da sta katoličana ali nekatoličana (prim. kan. 1674, tč. 1; 1476; čl. 3, § 2);

2° pravdnik, kadar je ničnost že postala javno znana in zakona ni mogoče ali ni primerno poveljaviti (prim. kan. 1674, tč. 2).

Čl. 93 – Zakon, zoper katerega za življenja vsakega izmed obeh zakoncev ni bilo izpodbijanja, lahko po smrti enega ali obeh zakoncev izpodbija tisti, za katerega je pravda o ničnosti predhodnica nekega drugega spora bodisi na cerkvenem ali civilnem sodišču (prim. kan. 1675, § 1).

Čl. 94 – Če zakonec umre, ko pravda teče, velja čl. 143 (prim. kan. 1675, § 2).

DRUGO POGlavJE ZAKONCI KOT PRAVDNE STRANKE

Čl. 95 – § 1. Da bi se laže ugotovila resnica in bi se primerneje zavarovala pravica do obrambe, se zelo priporoča, da pri postopku ugotavljanja ničnosti zakona sodelujeta oba zakonca.

§ 2. Zaradi tega mora zakonec, ki je zakonito pozvan na sodišče, odgovarjati (prim. kan. 1476).

Čl. 96 – Čeprav si je zakonec postavil zastopnika ali odvetnika, mora biti po predpisu prava ali sodnika vedno sam navzoč pred sodiščem (prim. kan. 1477).

Čl. 97 – § 1. Tisti, ki ne morejo razumno ravnati, morejo pred sodiščem nastopiti samo po skrbniku (prim. kan. 1478, § 1).

§ 2. Qui initio vel inter processum minus firmae mentis sunt, stare in iudicio per se ipsi possunt tantummodo ad praescriptum iudicis; in ceteris agere et respondere debent per suos curatores (cf. can. 1478, § 4).

§ 3. Minores per se ipsi agere et respondere queunt sine parentum vel tutoris consensu, salvis §§ 1-2 (cf. can. 1478, § 3).

Art. 98 – Quoties adest curator ab auctoritate civili constitutus, idem potest a iudice ecclesiastico admitti, audito, si fieri potest, Episcopo dioecesano eius cui datus est; quod si non adsit aut non videatur admittendus, ipse iudex curatorem pro causa designabit (cf. can. 1479).

Art. 99 – § 1. Praesidi competit decreto suo, motivis suffulto et in actis servando, curatorem admittere aut designare.

§ 2. Quod decretum omnibus quorum interest notificandum est, coniugi cui datus est curator haud excepto, nisi causa gravis obstet, integro tamen iure defensionis.

Art. 100 – Curator tenetur officio tuendi iura partis, cui datus est.

CAPUT III

DE PROCURATORIBUS ET ADVOCATIS

Art. 101 – § 1. Salvo partium iure sese personaliter defendendi, tribunali obligatio incumbit providendi ut uterque coniux sua iura auxilio personae competentis tueri valeat, potissimum si agatur de causis peculiaris difficultatis.

§ 2. Si procuratoris vel advocati ministerium, iudicio praesidis, necessarium fuerit et pars intra terminum statutum non providerit, idem praeses eos, prouti casus ferat, nominet, tamdiu in munere mansuros quamdiu pars alios non constituerit.

§ 3. Si gratuitum patrocinium concedatur, constitutio procuratoris vel advocati ad ipsum tribunalis praesidem pertinet.

§ 2. Tisti, ki so na začetku postopka duševno nesposobni ali to postanejo med postopkom, morejo sami pristopiti pred sodišče samo na ukaz sodnika; sicer pa morejo nastopati in odgovarjati le po svojih skrbnikih (prim. kan. 1478, § 4).

§ 3. Mladoletniki morejo sami osebno nastopati in odgovarjati brez privolitve staršev ali skrbnika, upoštevajoč §§ 1–2 (prim. kan. 1478, § 3).

Čl. 98 – Ko ima kdo skrbnika, ki ga je postavila civilna oblast, ga more cerkveni sodnik dopustiti, ko po možnosti poizve za mnenje krajevnega škofa tistega, komur je postavljen; če pa ga ni ali se zdi, da ga ne sme dopustiti, bo sodnik sam določil skrbnika za zadevo (prim. kan. 1479).

Čl. 99 – § 1. Predsedniku pripada sprejetje ali določitev skrbnika, kar pa mora storiti s svojo utemeljeno odločbo, ki jo je treba varovati v spisih.

§ 2. Ta odločba se mora sporočiti vsem tistim, ki jih zadeva; ne izključujoč zakonca, kateremu je skrbnik določen, razen če za to ne obstaja važen razlog; vedno je treba upoštevati pravico do obrambe.

Čl. 100 – Skrbnik je po službi dolžan varovati pravice stranke, kateri je dodeljen.

TRETJE POGLAVJE ZASTOPNIKI IN ODVETNIKI

Čl. 101 – § 1. Ob spoštovanju pravice strank, da se same osebno branijo, je sodišče dolžno zagotoviti, da moreta oba zakonca varovati svoje pravice s pomočjo strokovnjaka, predvsem če gre za pravde posebne teže.

§ 2. Če je po mnenju predsednika potrebna navzočnost zastopnika ali odvetnika, ki si ga stranka ne priskrbi v predvidnem roku, naj ju imenuje isti predsednik, glede na zahteve pravde; službo naj opravljata, dokler stranka ne postavi drugih.

§ 3. Če se dodeli pravica ubogih, zastopnika ali odvetnika imenuje isti predsednik sodišča.

§ 4. Quovis in casu constitutio procuratoris vel advocati per decretum cum partibus necnon vinculi defensore communicanda est.

Art. 102 – Si ambo coniuges nullitatis matrimonii declarationem petant, communem procuratorem vel advocatum sibi constituere possunt.

Art. 103 – § 1. Partes constituere possunt procuratorem ab avvocato distinctum.

§ 2. Unicum sibi quisque potest constituere procuratorem, qui nequit alium sibi substituire, nisi expressa facultas eidem facta fuerit (can. 1482, § 1).

§ 3. Quod si tamen, iusta suadente causa, plures ab eodem constituentur, hi ita designentur, ut detur inter ipsos locus praeventioni (can. 1482, § 2).

§ 4. Advocati autem plures simul constitui queunt (can. 1482, § 3).

Art. 104 – § 1. Advocatus et procurator pro munere suo tenentur tueri iura partis atque secretum officii servare.

§ 2. Procuratoris est partem repraesentare, libellos aut recursus tribunali exhibere, eius notificationes recipere, atque partem de statu causae certiore facere; quae vero spectant ad defensionem semper avvocato reservantur.

Art. 105 – § 1. Procurator et advocatus esse debent bonae famae; advocatus debet praeterea esse catholicus, nisi Episcopus Moderator aliter permittat, et doctor in iure canonico, vel alioquin vere peritus, et ab eodem Episcopo approbatus (cf. can. 1483).

§ 2. Qui diplomate Advocati Rotalis sunt ornati hac approbatione non indigent; Episcopus Moderator autem gravi de causa eos a patrocinio exercendo in suo tribunali prohibere potest; quo in casu datur recursus ad Signaturam Apostolicam.

§ 3. Praeses ob peculiariora adiuncta ad casum uti procuratorem probare potest, qui in ipso territorio tribunalis non resideat.

§ 4. V vsakem primeru se mora imenovanje zastopnika ali odvetnika z odločbo sporočiti strankama in branilcu vezi.

Čl. 102 – Če oba zakonca prosita za razglasitev ničnosti zakona, si lahko postavita skupnega zastopnika ali odvetnika.

Čl. 103 – § 1. Stranke v pravdi si morejo izbrati zastopnika, ki se razlikuje od odvetnika.

§ 2. Vsakdo more izbrati samo enega zastopnika, ta pa si ne more postaviti namestnika, razen če mu je bila ta pravica izrečno dana (kan. 1482, § 1).

§ 3. Če pa upravičen razlog svetuje, naj jih postavi več, in sicer tako, da tisti, ki prej začne, izključi druge (kan. 1482, § 2).

§ 4. Mogoče pa je postaviti več odvetnikov hkrati (kan. 1482, § 3).

Čl. 104 – § 1. Odvetnik in zastopnik sta dolžna po svoji službi varovati pravice stranke in čuvati skrivnost.

§ 2. Dolžnost zastopnika je zastopati stranko, predložiti sodišču tožbe in pritožbe, sprejemati njegova sporočila ter obveščati stranke o stanju pravde; a vse, kar zadeva obrambo, je vedno pridržano odvetniku.

Čl. 105 – § 1. Zastopnik in odvetnik morata biti na dobrem glasu; odvetnik mora poleg tega biti katoličan, razen če škof moderator dovoli drugače, in doktor cerkvenega prava ali drugače resnično izveden ter potrjen s strani istega škofa (prim. kan. 1483).

§ 2. Tistim, ki so pridobili diplomo odvetnika rote, ni potrebna omenjena potrditev, toda škof moderator jim more, zaradi upravičenih razlogov, prepovedati zastopanje strank na svojem sodišču; v tem primeru je dopuščena pritožba na Apostolsko signaturo.

§ 3. V posebnih okoliščinah more predsednik za posamezni primer (*ad casum*) kot zastopnika sprejeti osebo, ki ne biva na področju sodišča.

Art. 106 – § 1. Procurator et advocatus antequam munus suscipiant, mandatum authenticum apud tribunal deponere debent (can. 1484, § 1).

§ 2. Ad iuris tamen extinctionem impediendam praeses potest procuratorem admittere etiam non exhibito mandato, praestita, si res ferat, idonea cautione; actus autem qualibet vi caret, si intra terminum peremptorium ab eodem praeside statuendum, procurator mandatum rite non exhibeat (cf. can. 1484, § 2).

Art. 107 – § 1. Nisi speciale mandatum habuerit, procurator non potest valide renunciare actioni, instantiae vel actis iudicialibus, nec generatim ea agere pro quibus ius requirit mandatum speciale (cf. can. 1485).

§ 2. Lata definitiva sententia, ius et officium appellandi, si mandans non renuat, procuratori manet (can. 1486, § 2).

Art. 108 – Advocati et procuratores possunt ab eo a quo constituti sunt in quovis causae statu removeri, salva obligatione solvendi honoraria pro labore impenso ipsis debita; ut autem remotio effectum sortiatur, necesse est ipsis intimeretur, et, si dubium iam concordatum fuerit, iudex et altera pars certiores fiant de remotione (cf. can. 1486, § 1).

Art. 109 – Tum procurator tum advocatus possunt a praeside, dato decreto motivis suffulto, repelli sive ex officio sive ad instantiam partis, gravi tamen de causa (cf. can. 1487).

Art. 110 – Advocati et procuratores vetantur:

1° renunciare mandato, causa pendente, sine iusta ratione;

2° sibi de immodico emolumento pacisci: quod si fecerint, pactio nulla est;

3° ob dona, pollicitationes aliamve causam prodere officium;

4° causas a competentibus tribunalibus subtrahere vel quomodocumque in fraudem legis agere (cf. cann. 1488-1489).

Čl. 106 – § 1. Preden zastopnik ali odvetnik prevzameta nalogo, morata pri sodišču vložiti verodostojno pooblastilo (kan. 1484, § 1).

§ 2. Da pa se prepreči ugasnitev pravice, more sodnik dopustiti zastopnika, četudi ni predložil pooblastila, da je le, če stvar to zahteva, dana primerna varščina; sodno dejanje pa nima nobene moči, če zastopnik v nepodaljšljivem roku, ki ga mora določiti isti predsednik, pooblastila pravilno ne predloži (prim. kan. 1484, § 2).

Čl. 107 – § 1. Zastopnik se brez posebnega pooblastila ne more veljavno odpovedati tožbi, postopku ali sodnim dejanjem, niti na splošno opraviti dejanj, za katera pravo zahteva posebno pooblastilo (prim. kan. 1485).

§ 2. Ko je izdana končna sodba, ima zastopnik pravico in dolžnost vložiti priziv, če pooblastitelj tega ne odkloni (kan. 1486, § 2).

Čl. 108. – Odvetnike in zastopnike more odstaviti tisti, ki jih je postavil, v katerem koli delu pravde, upoštevajoč obveznost izplačila za opravljeno delo; da bi pa odstranitev postala učinkovita, se jim mora sporočiti, in če se je ugotovitev pravnega spora že izvršila, naj se o tem obvestita sodnik in nasprotna stranka (prim. kan. 1486, § 1).

Čl. 109 – Predsednik more, vendar le iz tehtnega razloga, po uradni dolžnosti ali na zahtevo stranke z utemeljeno odločbo zavrniti tako zastopnika kakor odvetnika (prim. kan. 1487).

Čl. 110 – Odvetnikom in zastopnikom je prepovedano:

1° odstopiti od naloge brez tehtnega razloga med procesom reševanja pravde;

2° pogoditi se o čezmerni koristi za svoje usluge; če bi to naredili, je pogodba nična;

3° izneveriti se službi zaradi daril, obljub ali iz kakega drugega razloga;

4° umikati pravde s pristojnih sodišč ali kakorkoli izigravati zakon (prim. kan. 1488–1489).

Art. 111 – § 1. Advocati et procuratores, qui contra sibi commissum munus deliquerint, puniantur ad normam iuris (cf. cann. 1386; 1389; 1391, n. 2; 1470, § 2; 1488-1489).

§ 2. Si autem iidem impares officio ob imperitiam, amisam bonam famam, neglegentiam vel abusus reperti fuerint, Episcopus Moderator vel coetus Episcoporum, mediis aptis adhibitis, provideat, non exclusa, si casus ferat, prohibitione a patrocínio exercendo in suo tribunali.

§ 3. Qui alteri quovis actu dolo vel culpa illegitime posito damnum intulerint, obligatione tenentur damnum reparandi (cf. can. 128).

Art. 112 – § 1. Episcopi Moderatoris est publici iuris facere indicem seu album, in quo adnotentur advocati apud suum tribunal admissi necnon procuratores qui ibidem partes repraesentare solent.

§ 2. Advocati in albo inscripti tenentur, de mandato Vicarii iudicialis, gratuitum patrocínium praebere iis quibus hoc beneficium tribunal concesserit (cf. art. 307).

Art. 113 – § 1. Apud unumquodque tribunal sit officium seu persona, adeo ut quilibet libere expediteque consilium obtinere valeat de possibilitate et procedendi ratione ad suam nullitatis matrimonii causam, si et quatenus, introducendam.

§ 2. Si eiusmodi officium a tribunalis ministris expleri contingat, in causa sive iudicis sive vinculi defensoris ipsi partem habere nequeunt.

§ 3. In unoquoque tribunali, quatenus fieri potest, stabiles advocati constituentur, ab ipso tribunali stipendium recipientes, qui munus de quo in § 1 explere possunt, quique munus advocati vel procuratoris pro partibus quae eos seligere malint, exerceant (cf. can. 1490).

§ 4. Si munus de quo in § 1 avvocato stabili demandatum sit, iste causae defensionem assumere nequit, nisi tamquam advocatus stabilis.

Čl. 111 – § 1. Odvetniki in zastopniki, ki se pregrešijo proti njim poverjeni službi, naj se kaznujejo po pravnih predpisih (prim. kan. 1386; 1389; 1391, tč. 2; 1470, § 2; 1488–1489).

§ 2. Če se ugotovi, da so nesposobni za opravljanje zastopane službe zaradi nestrokovnosti, izgube dobrega imena, nemarnosti ali zlorab, mora škof moderator ali zbor škofov primerno ukrepati; če je potrebno tudi s prepovedjo zastopanja strank na njegovem sodišču.

§ 3. Kdor drugemu z nezakonitim dejanjem naklepno ali iz malomarnosti povzroči škodo, jo je dolžan popraviti (prim. kan. 128).

Čl. 112 – § 1. Škof moderator je dolžan objaviti seznam, v katerem so vpisani odvetniki, ki so člani njegovega sodišča, kakor tudi zastopniki, ki tam navadno predstavljajo stranke.

§ 2. Odvetniki, vpisani v seznam, so dolžni po nalogi sodnega vikarja nuditi brezplačno pravno zaščito tistim, katerim sodišče odobri to ugodnost (prim. čl. 307).

Čl. 113 – § 1. Pri vsakem sodišču naj obstaja urad ali oseba, pri kateri more vsak svobodno in brez odlašanja dobiti nasvet o možnosti sprožitve pravde ničnosti zakona, in če je to mogoče, o načinu ravnanja.

§ 2. Če se zgodi, da to službo opravljajo uslužbenci sodišča, ti ne morejo sodelovati v pravdi ne kot sodniki ne kot branilci vezi.

§ 3. Če je mogoče, naj se pri vsakem sodišču imenujejo stalni odvetniki, plačani s strani samega sodišča, za opravljanje službe, o kateri govori § 1. Ti opravljajo nalogo odvetnika ali zastopnika za stranke, ki si jih želijo izbrati (prim. kan. 1490).

§ 4. Če je služba, o kateri govori § 1, poverjena stalnemu odvetniku, ta ne sme sprejeti obrambe v pravdi razen kot stalni odvetnik.

Titulus V

DE CAUSAE INTRODUCTIONE

CAPUT I

DE LIBELLO CAUSAE INTRODUCTORIO

Art. 114 – Iudex nullam causam cognoscere potest, nisi petitio proposita sit ab eo qui ad normam artt. 92-93 impugnandi matrimonium iure pollet (cf. can. 1501).

Art. 115 – § 1. Qui matrimonium impugnare vult, debet competenti tribunali libellum exhibere (cf. can. 1502).

§ 2. Petitio oralis admitti potest, quoties actor libellum exhibere impediatur, quo in casu Vicarius iudicialis notarium iubeat scriptis actum redigere qui actori legendus est et ab eo probandus, quique locum tenet libelli ab actore scripti ad omnes iuris effectus (cf. can. 1503).

Art. 116 – § 1. Libellus, quo causa introducitur, debet:

1° exprimere coram quo tribunali causa introducatur;

2° circumscribere obiectum causae, scilicet determinare matrimonium de quo agitur, exhibere declarationis nullitatis petitionem, proponere, etsi non necessario verbis technicis, rationem petendi seu caput vel capita nullitatis quibus matrimonium impugnatur;

3° indicare saltem generatim quibus factis et probationibus innitatur actor ad evincenda ea quae asseruntur;

4° subscribi ab actore vel eius procuratore, apposis die, mense et anno, necnon loco in quo actor vel eius procurator habitant, aut residere se dixerint actorum recipiendorum gratia;

5° indicare domicilium vel quasi-domicilium alterius coniugis (cf. can. 1504).

§ 2. Libello addantur exemplar authenticum celebrati matrimonii atque, si casus ferat, documentum de statu civili partium.

§ 3. Relationes peritales haud licet exigere in actu exhibendae petitionis.

Peti naslov

UVEDBA PRAVDE

PRVO POGlavJE

TOŽBENI SPIS

Čl. 114 – Sodnik ne more soditi nobene zadeve, razen če zahtevo predloži tisti, ki ima po odredbi čl. 92–93 pravico izpodbijati zakon (prim. kan. 1501).

Čl. 115 – § 1. Kdor želi izpodbijati zakon, mora pristojnemu sodišču vložiti tožbeni spis (prim. kan. 1502).

§ 2. Ustni zahtevki se more dopustiti, ko je tožnik oviran pri vložitvi tožbenega spisa; v tem primeru naj sodni vikar naloži notarju, da pisno napravi zapisnik, ki ga je treba tožniku prebrati in ga mora ta odobriti, in ki z vsemi pravnimi učinki nadomešča od tožnika napisani tožbeni spis (prim. kan. 1503).

Čl. 116. – § 1. Tožbeni spis, s katerim se uvede pravda, mora:

1° navesti, pred katerim sodiščem naj se pravda uvede;

2° določiti predmet pravde, to je navesti zakonsko zvezo, o kateri je govor, oblikovati zahtevo za razglasitev ničnosti, izpostaviti, tudi če ne s strokovnimi besedami, razlog za zahtevo, to je glavni razlog ali glavne razloge, zaradi katerih se zakon izpodbija;

3° navesti, na katera dejstva in dokazila se tožitelj opira za podkrepitev svojih trditev;

4° podpisati tožnik ali njegov zastopnik z dostavitvijo dneva, meseca in leta pa tudi kraja, kjer tožnik ali njegov zastopnik prebivata, ali navajata, da bosta bivala za sprejemanje sodnih spisov;

5° navesti domovališče ali nepravdo domovališče sozakonca (prim. kan. 1504).

§ 2. Tožbenemu spisu je treba priložiti izvod verodostojne listine o sklenitvi zakona, in, če je potrebno, tudi listino o civilnem statusu strank.

§ 3. Pri začetku (uvedbi) pravde ni dovoljeno zahtevati izvedeniška mnenja.

Art. 117 – Si proponatur probatio per documenta, haec, quantum fieri potest, una cum libello tradantur; si autem per testes, eorum nomina et domicilium indicentur. Si vero proponantur aliae probationes, indicentur saltem in genere facta seu indicia, unde illae eruantur. Nihil tamen impedit quominus posteriores probationes cuiusvis generis in iudicii cursu afferantur.

Art. 118 – § 1. Libello exhibito, Vicarius iudicialis quam primum suo decreto tribunal constituere debet ad normam artt. 48-49.

§ 2. Nomina iudicum et defensoris vinculi debent statim actori notificari.

Art. 119 – § 1. Praeses, postquam viderit et rem esse competentiae sui tribunalis et actori legitimam personam standi in iudicio non deesse, debet suo decreto quam primum libellum aut admittere aut reicere (cf. can. 1505, § 1).

§ 2. Praeses opportune antea defensorem vinculi audiat.

Art. 120 – § 1. Praeses potest et debet, si casus ferat, prae-viam investigationem instituere quoad quaestionem de competentia tribunalis et de actoris legitima persona standi in iudicio.

§ 2. Quoad meritum vero causae eam tantum instituere potest in ordine ad libellum admittendum vel reiciendum, si libellus videatur quolibet carere fundamento, et quidem tantummodo ad videndum num fieri possit ut aliquod ex processu fundamentum appareat.

Art. 121 – § 1. Libellus reici potest tantum:

1° si tribunal incompetens sit;

2° si petitio sine dubio exhibita sit ab eo qui impugnandi matrimonium iure non pollet (cf. artt. 92-93; 97, §§ 1-2; 106, § 2);

3° si non servata sint praescripta art. 116, § 1, nn. 1-4;

4° si certo pateat ex ipso libello petitionem quolibet carere fundamento, neque fieri posse, ut aliquod ex processu fundamentum appareat (cf. can. 1505, § 2).

Čl. 117 – Če se predlaga dokazovanje z listinami, naj se listine, kadar je to mogoče, priložijo tožbenemu spisu; če je dokazovanje s pričami, se morajo navesti njihova imena in domovališče. Če pa se predlagajo drugi dokazi, naj se vsaj na splošno navedejo dejstva in indici, na katere se nanašajo. Vendar nič ne preprečuje, da se ne bi nadaljnji dokazi kate-rekoli vrste predložili med pravdo.

Čl. 118 – § 1. Ko se vloži tožbeni spis, mora sodni vikar s svojo odločbo čim prej ustanoviti sodišče v skladu s predpisi čl. 48–49.

§ 2. Imena sodnikov in branilca vezi je treba takoj sporočiti tožniku.

Čl. 119 – § 1. Potem ko predsednik ugotovi, da zadeva spada v njegovo pristojnost in da je tožnik pravdno sposoben nastopati na sodišču, mora tožbeni spis s svojo odločbo čimprej sprejeti ali zavrniti (prim. kan. 1505, § 1).

§ 2. Svetuje se, da predsednik pred tem zaprosi za mnenje branilca vezi.

Čl. 120 – § 1. Predsednik more in mora, če primer zahteva, izpeljati predhodno preiskavo glede pristojnosti sodišča in sposobnosti tožnika, da nastopa na sodišču.

§ 2. Kar zadeva predmet pravde, pa more izvršiti preiskavo samo glede sprejetja ali zavrnitve tožbenega spisa, če se zdi, da tožbeni spis nima nobene podlage, in to samo za to, da se preveri, ali se more iz postopka priti do kakšnega temelja.

Čl. 121 – § 1. Tožbeni spis je mogoče zavrniti samo:

1° če sodišče ni pristojno;

2° če je zahtevo nedvomno vložila oseba, ki nima nobene pravice izpodbijati zakon (čl. 92–93; 97, § 1 – 2; 106, § 2);

3° če niso upoštevani predpisi čl. 116, § 1, tč. 1 – 4;

4° če je iz samega tožbenega spisa razvidno, da je zahtevek brez vsakršne podlage in da ni mogoče, da bi se v sodnem postopku pokazala kaka podlaga (prim. kan. 1505, § 2).

§ 2. Decretum saltem summarie motiva reiectionis exprimere et quam primum parti actrici et, si casus ferat, defensori vinculi notificari debet (cf. can. 1617).

Art. 122 – Non habetur fundamentum pro admissione libelli, si factum, quo impugnatio nititur, licet undequaque verum, matrimonio tamen irritando impar omnino sit, vel, quamvis factum tale sit quod matrimonium redderet irritum, assertionis falsitas sit in aperto.

Art. 123 – Si libellus reicitur ob vitia quae emendari possunt, haec in decreto reiectionis indicentur, et actor invitetur ad novum libellum rite confectum exhibendum (cf. can. 1505, § 3).

Art. 124 – § 1. Adversus libelli reiectionem integrum semper est parti intra tempus utile decem dierum recursum rationibus suffultum interponere ad collegium, si libellus reiectus fuerit a praeside; secus ad tribunal appellationis: utroque in casu quaestio reiectionis expeditissime definienda est (cf. can. 1505, § 4).

§ 2. Si forum appellationis libellum admittat, causa iudicanda est a tribunali a quo.

§ 3. Si recursus interpositus est ad collegium, non potest iterum interponi ad tribunal appellationis.

Art. 125 – Si iudex intra mensem ab exhibito libello decretum non ediderit, quo libellum admittit vel reicit, pars, cuius interest, instare potest ut iudex suo munere fungatur; quod si nihilominus iudex sileat, inutiliter lapsis decem diebus a facta instantia, libellus, si legitime propositus fuerit, pro admisso habeatur (cf. can. 1506).

CAPUT II

DE CITATIONE ET DENUNTIATIONE ACTORUM IUDICIALIUM

1. DE PRIMA CITATIONE EIUSQUE NOTIFICATIONE

Art. 126 – § 1. In decreto, quo actoris libellus admittitur, debet praeses partem conventam in iudicium vocare seu citare, statuens utrum scripto respondere debeat an, ex pe-

§ 2. Odločba mora vsaj na kratko navesti obrazložitev zavrnitve, ki jo je treba čim prej sporočiti stranki, ki toži, in če je potrebno, branilcu vezi (prim. kan. 1617).

Čl. 122 – Podlaga za sprejem tožbenega spisa manjka, če se izpodbijanje v celoti nanaša na razloge, ki ne povzročajo ničnosti zakona, ali v primeru, ko je ničnost osnovana, vendar je očitno, da so trditve lažne.

Čl. 123 – Če je bil tožbeni spis zavrnjen zaradi napak, ki jih je mogoče popraviti, naj se to navede v odločitvi o zavrnitvi in naj se tožitelja pozove, da vloži novo tožbo, sestavljeno po predpisih (prim. kan. 1505, § 3).

Čl. 124 – § 1. Zoper zavrnitev tožbenega spisa ima stranka vedno neokrnjeno pravico v uporabnem času desetih dni vložiti z razlogi podkrepljeno pritožbo na sodni zbor, če je tožbeni spis zavril predsednik, drugače pa na prizivno sodišče; v obeh primerih je treba vprašanje o zavrnitvi kar najhitreje (*expeditissime*) sporočiti (prim. kan. 1505, § 4).

§ 2. Če prizivno sodišče sprejme tožbeni spis, mora pravdo presoditi (prvostopenjsko) sodišče *a quo*.

§ 3. Če je pritožba vložena sodnemu zboru, se ne more več ponovno vložiti prizivnemu sodišču.

Čl. 125 – Če sodnik v enem mesecu, odkar je bil tožbeni spis vložen, ne izda odločbe, s katero tožbeni spis sprejme ali zavrne, more stranka, ki ima interes, zahtevati, da sodnik opravi svojo nalogo; če sodnik še naprej molči, naj po desetih dneh, odkar je zadeva vložena, velja tožbeni spis, če je zakonito vložen, za sprejetega (prim. kan. 1506).

DRUGO POGlavJE

VABLJENJE IN SPOROČANJE SODNIH DEJANJ

1. PRVO VABLJENJE NA SODIŠČE IN NJEGOVO SPOROČANJE

Čl. 126 – § 1. V odločbi, s katero se sprejme tožnikov tožbeni spis, mora predsednik pozvati ali poklicati na sojenje toženo stranko in določiti, ali mora pisno odgovoriti oziroma se

titioe actoris, coram tribunali se sistere ad dubia concordanda. Quod si ex scripta responsione necessitas appareat partes et defensorem vinculi convocandi, praeses vel ponens id novo decreto statuatur atque eis notificandum curet (cf. cann. 1507, § 1; 1677, § 2).

§ 2. Si libellus pro admissio habetur ad normam art. 125, decretum citationis in iudicium fieri debet intra viginti dies a facta instantia, de qua in eodem articulo (cf. can. 1507, § 2).

§ 3. Quod si pars conventa de facto coram iudice se sistat ad causam agendam, opus non est eius citatione, sed actarius significet in actis eam iudicio adfuisse (cf. can. 1507, § 3).

§ 4. Si matrimonium impugnatur a promotore iustitiae ad normam art. 92, n. 2, ambo coniuges citandi sunt.

Art. 127 – § 1. Praeses vel ponens curam habeat ut decretum citationis in iudicium statim parti conventae notificetur et simul parti actrici et defensori vinculi notum fiat (cf. cann. 1508, § 1; 1677, § 1).

§ 2. Praeses vel ponens una cum his notificationibus formulam dubii vel dubiorum ex libello desumptam partibus opportune proponat, ut ipsae respondeant.

§ 3. Citationi libellus causae introductorius adiungatur, nisi praeses vel ponens propter graves causas, decreto motivis suffulto, decernat libellum significandum non esse parti conventae, antequam haec deposuerit in iudicio. Hoc tamen in casu requiritur ut parti conventaeificentur obiectum causae et ratio petendi ab actore adducta (cf. can. 1508, § 2).

§ 4. Una cum decreto citationis parti conventae notificanda sunt nomina iudicum et defensoris vinculi.

Art. 128 – Si citatio non referat quae ad normam art. 127, § 3 necessaria sunt vel parti conventae non fuerit legitime notificata, nulla sunt acta processus, salvo praescriptis artt. 60; 126, § 3; 131 et firmis praescriptis art. 270, nn. 4, 7 (cf. can. 1511).

Art. 129 – Cum citatio parti conventae legitime notificata fuerit aut ipsa coram iudice steterit ad causam agendam, instantia incipit pendere et fit propria tribunalis ceteroquin competentis, coram quo actio instituta est (cf. can. 1512, nn. 2-3, 5).

na zahtevo tožitelja pojaviti pred sodiščem zaradi ugotovitve spornih točk. Če iz pisnega odgovora spozna, da je treba pozvati stranke in branilca vezi, naj predsednik ali ponens to odredi z novo odločbo in vodi skrb za njeno sporočitev (prim. kan. 1507, § 1; 1677, § 2).

§ 2. Če tožbeni spis po določbi čl. 125 velja za sprejetega, se mora odločba o pozivu pred sodišče izvršiti v dvajsetih dneh od vložitve zahteve, ki jo omenja ta člen (prim. kan. 1507, § 2).

§ 3. Vabilo ni potrebno, če tožena stranka dejansko pride pred sodnika zaradi pravde, zapisnikar pa naj v spisih zaznamuje, da je prišla pred sodišče (prim. kan. 1507, § 3).

§ 4. Če zakon izpodbija pravdnik, je treba po določbi čl. 92, tč. 2 pozvati oba zakonca.

Čl. 127 – § 1. Predsednik ali ponens poskrbita, da se odločba o vabljenju pred sodišče takoj sporoči toženi stranki in da se hkrati sporoči tožniku in branilcu vezi (prim. kan. 1508, § 1; 1677, § 1).

§ 2. Predsednik ali ponens naj skupaj s svojimi obvestili strankama predloži besedilo pravnega spora ali sporov, povzeto iz tožbenega spisa, in naj ju pozove, da se izrečeta o njih.

§ 3. Vabilu naj se priloži tožbeni spis, razen če predsednik ali ponens iz tehtnih razlogov in s pisno utemeljitvijo določi, da se tožba ne sme izročiti v vednost toženi stranki, dokler ta ni pričela pred sodiščem. V tem primeru se zahteva, da se toženi stranki sporoči predmet pravde in razlog zahteve, ki jo je navedel tožnik (prim. kan. 1508, § 2).

§ 4. Skupaj z odločbo o vabljenju je treba toženi stranki sporočiti imena sodnikov in branilca vezi.

Čl. 128 – Če vabilo ne vsebuje tistega, kar mora po določbi čl. 127, § 3 vsebovati, ali ni bilo zakonito vročeno toženi stranki, so procesna dejanja nična, veljajo pa predpisi čl. 60; 126, § 3; 131 in se upoštevajo predpisi čl. 270, tč. 4, 7 (prim. kan. 1511).

Čl. 129 – Ko je vabilo zakonito vročeno toženi stranki ali se je ona sama pojavila pred sodnikom zaradi pravde, pravda začne teči in pripada sodišču, pred katerim je bila tožba vložena, če je to pristojno (prim. kan. 1512, tč. 2–3, 5).

2. DE SERVANDIS IN CITATIONIBUS ET NOTIFICATIONIBUS

Art. 130 – § 1. Citationum, decretorum, sententiarum aliorumque iudicialium actorum notificatio facienda est per publicos tabellarios vel alio modo qui tutissimus sit, servatis normis lege particulari statutis (can. 1509, § 1).

§ 2. De facto notificationis et de eius modo constare debet in actis (can. 1509, § 2).

Art. 131 – § 1. Si pars rationis usu destituta vel minus firmæ mentis sit, citationes et notificationes curatori faciendæ sunt (cf. can. 1508, § 3).

§ 2. Pars, quæ procuratorem habet, per eum de citationibus et notificationibus certior fiat.

Art. 132 – § 1. Quoties, diligenti inquisitione peracta, adhuc ignoretur ubi degat pars citanda vel pars cui aliquod actum notificandum est, iudex ad ulteriora procedere potest, sed de sedula inquisitione peracta constare debet in actis.

§ 2. Lex particularis statuere potest ut huiusmodi in casu citatio vel notificatio per edictum peragatur (cf. can. 1509, § 1).

Art. 133 – Qui citationem vel alicuius iudicialis actus notificationem recipere recuset, vel qui impedit quominus hæc ad se perveniant, legitime citatus vel de re notificanda legitime certior factus habeatur (cf. can. 1510).

Art. 134 – § 1. Partibus, quæ in iudicio per se vel per procuratorem stant, notificabuntur omnia acta quæ ex iure notificanda sunt.

§ 2. Partibus, quæ sese remittunt iustitiæ tribunalis, notificari debent decretum quo formula dubii statuta est, nova forte facta petitio, decretum publicationis actorum et omnes collegii pronuntiationes.

§ 3. Parti, cuius absentia a iudicio declarata fuerit, notificabuntur formula dubii et sententia definitiva, salvo art. 258, § 3.

2. FORMALNOSTI, KI JIH JE TREBA UPOŠTEVATI PRI VABLJENJU IN SPOROČANJU

Čl. 130 – § 1. Vročitev vabil, odločb, sodb in drugih sodnih spisov je treba opraviti po pošti ali na drug način, ki je najvarnejši, ravnati pa se je treba po določbah, ki so določene z območnim zakonom (kan. 1509, § 1).

§ 2. Iz spisov mora biti razvidno dejstvo in način vročitve (kan. 1509, § 2).

Čl. 131 – § 1. Če stranka ni sposobna razumno ravnati ali je slaboumna, je treba vabila in sporočila vročiti skrbniku (prim. kan. 1508, § 3).

§ 2. Stranko, ki ima zastopnika, mora le-ta obvestiti o vabilih in sporočilih.

Čl. 132 – § 1. Če se kljub skrbnemu raziskovanju ne ve, kje se zadržuje stranka, ki jo je treba povabiti ali ji vročiti spis, more sodnik zadevo nadaljevati, izvršeno skrbno raziskovanje pa mora biti razvidno iz spisov.

§ 2. Območni zakon more določiti, da se v tem primeru vabljenje ali sporočanje lahko izvrši preko oglasa (prim. kan. 1509, § 1).

Čl. 133 – Kdor odkloni sprejem vabila ali vročitev kategorakoli drugega sodnega spisa ali prepreči, da bi ti prišli do njega, naj velja za zakonito vabljenega in obveščenega o predmetu obvestila (prim. kan. 1510).

Čl. 134 – § 1. Strankam, ki osebno ali po zastopnikih nastopajo pred sodiščem, naj se sporočijo vsi spisi, ki jih je treba po pravu sporočiti.

§ 2. Strankama, ki se prepustita pravičnosti sodišča, je treba sporočiti odločbo o ugotovitvi pravnega spora, morebitno vloženo novo zahtevo, odločbo o objavi spisov in vse odločitve sodnega zbora.

§ 3. Stranki, ki je razglašena za odsotno v postopku, je treba sporočiti ugotovitev pravnega spora in končno sodbo, upoštevajoč čl. 258, § 3.

§ 4. Parti absenti ad normam art. 132 propter ignotum locum commorationis, nulla fit actorum notificatio.

CAPUT III DE FORMULA DUBII

Art. 135 – § 1. Transacto termino quindecim dierum a notificatione decreti citationis, praeses vel ponens, nisi alterutra pars vel defensor vinculi sessionem ad formulam dubii statuendam petierit, intra decem dies ex partium petitionibus et responsionibus formulam dubii vel dubiorum decreto suo ex officio statuatur (cf. can. 1677, § 2).

§ 2. Partium petitiones responsionesque, praeterquam in libello causae introductorio, possunt vel in responsione ad citationem exprimi vel in declarationibus ore coram iudice factis (cf. can. 1513, §§ 1-2).

§ 3. Formula dubii determinare debet quo capite vel quibus capitibus nuptiarum validitas impugnetur (cf. can. 1677, § 3).

§ 4. Decretum praesidis vel ponentis partibus notificandum est; quae nisi iam consenserint, possunt intra decem dies ad collegium recurrere, ut mutetur; quaestio autem expeditissime ipsius collegii decreto dirimenda est (cf. can. 1513, § 3).

Art. 136 – Formula dubii semel statuta mutari valide nequit, nisi novo decreto, ex gravi causa, ad instantiam partis, auditis altera parte et defensore vinculi eorumque rationibus perpendis (cf. can. 1514).

Art. 137 – Post decem dies a notificatione decreti, si partes nihil opposuerint, praeses vel ponens novo decreto causae instructionem disponat (can. 1677, § 4).

CAPUT IV DE PARTIBUS NON COMPARENTIBUS

Art. 138 – § 1. Si pars conventa rite citata non compa-
ruerit nec idoneam absentiae excusationem attulerit aut

§ 4. Odsotni stranki skladno s čl. 132, se zaradi nepoznavanja kraja domovališča ne sporoča noben spis.

TRETJE POGLAVJE

PRAVDNI SPOR

Čl. 135 – § 1. Po preteku petnajstdnevnega roka od priobčitve odločbe o vabljenju naj predsednik ali ponens, razen če katera od strank ali branilec vezi ne zahtevajo seje za ugotovitev pravnega spora, v desetih dneh s svojo odločbo po uradni dolžnosti določi pravdni spor ali spore na temelju zahtevkov in odgovorov strank (prim. kan. 1677, § 2).

§ 2. Zahtevke in odgovore strank je mogoče, razen v tožbenem spisu, s katerim se pravda začne, izraziti v odgovoru na vabilo ali z ustnimi izjavami, danimi pred sodnikom (prim. kan. 1513, § 1–2).

§ 3. Pravdni spor mora določiti, iz katerega razloga ali iz katerih razlogov se izpodbija veljavnost sklenitve zakona (prim. kan. 1677, § 3).

§ 4. Odločbo predsednika ali ponensa je treba vročiti strankama; če ti ne soglašata takoj, se moreta v desetih dneh obrniti na sodni zbor, da jo spremeni; vprašanje je treba z odločbo tega zbora kar najhitreje rešiti (prim. kan. 1513, § 3).

Čl. 136 – Ko so meje spora ugotovljene, jih ni mogoče veljavno spremeniti, razen z novo odločbo, iz tehtnega razloga, na zahtevo stranke, po zaslišanju druge stranke in branilca vezi ter po pretresu njihovih razlogov (prim. kan. 1514).

Čl. 137 – Če stranki nista ugovarjali, predsednik ali ponens po desetih dneh od priobčitve odločbe z novo odločbo odredi zbiranje procesnega gradiva o zadevi (kan. 1677, § 4).

ČETRTO POGLAVJE

STRANKI, KI NE PRIDE TA NA SODIŠČE

Čl. 138 – § 1. Če je bila tožena stranka pravilno vabljenjena in ni prišla niti ni ustrezno opravičila svoje odsotnosti ali ni

non responderit ad normam art. 126, § 1, praeses vel ponens eam a iudicio absentem declaret et decernat ut causa, servatis servandis, usque ad sententiam definitivam procedat (cf. can. 1592, § 1).

§ 2. Curet autem praeses vel ponens ut pars conventa ab absentia recedat.

§ 3. Antequam decretum, de quo in § 1, feratur, constare debet, etiam per novam citationem si opus fuerit, citationem, legitime factam, ad partem conventam tempore utili pervenisse (cf. can. 1592, § 2).

Art. 139 – § 1. Si pars conventa dein in iudicio se sistat aut responsum dederit ante causae definitionem, conclusiones probationesque afferre potest, firmo praescripto art. 239; caveat autem iudex, ne de industria in longiores et non necessarias moras iudicium protrahatur (cf. can. 1593, § 1).

§ 2. Etsi non comparuerit aut responsum non dederit ante causae definitionem, impugnationibus uti potest adversus sententiam; quod si probet se legitimo impedimento fuisse detentam, quod sine sua culpa antea demonstrare non potuerit, querela nullitatis uti potest ad normam art. 272, n. 6 (cf. can. 1593, § 2).

Art. 140 – Si die et hora ad formulam dubii concordandam praestitutis actor neque per se neque per procuratorem comparuerit nec idoneam excusationem attulerit:

1° praeses vel ponens eum citet iterum;

2° si actor novae citationi non paruerit, causa a praeside vel ponente deserta declarabitur, nisi pars conventa vel promotor iustitiae, ad normam art. 92, n. 2, instet pro matrimonii nullitate;

3° quod si postea in processu intervenire velit, servetur art. 139 (cf. can. 1594).

Art. 141 – Quoad partem cuius absentia a iudicio declarata fuerit servetur art. 134, § 3.

Art. 142 – Normae de declaratione absentiae partis a iudicio, congrua congruis referendo, servandae sunt etiam si pars absens declarari debet durante processu.

odgovorila po določbi čl. 126, § 1, naj jo predsednik ali ponens razglasi za odsotno v postopku in odloči, da se postopek, upoštevajoč vse potrebno, nadaljuje do končne sodbe (prim. kan. 1592, § 1).

§ 2. Predsednik ali ponens naj kjub vsemu poskuša doseči, da tožena stranka odstopi od odsotnosti.

§ 3. Preden se izda odločba, ki se omenja v § 1, mora biti, tudi s ponovnim vabilom, če je potrebno, dognano, da je zakonito izvršeno vabilo prišlo v uporabnem času do tožene stranke (prim. kan. 1592, § 2).

Čl. 139 – § 1. Če tožena stranka med postopkom pride na sodišče ali odgovori, preden se zadeva odloči, more predložiti zaključke in dokaze, velja predpis upoštevajoč čl. 239; sodnik pa naj pazi, da se postopek ne bo namenoma dalj časa in po nepotrebnem zavlačeval (kan. 1593, § 1).

§ 2. Tudi če tožena stranka ni prišla na sodišče ali odgovorila pred odločitvijo zadeve, more izpodbijati sodbo; če pa dokaže, da jo je oviral zakoniti zadržek, ki ga prej brez svoje krivde ni mogla navesti, more uporabiti ničnostno pritožbo po določbi čl. 272, tč. 6 (prim. kan. 1593, § 2).

Čl. 140 – Če na dan in uro, ki sta določena za ugotovitev pravnega spora, tožnik ne pride na sodišče osebno ali po zastopniku in tudi ne navede primerne opravičila:

1° naj ga predsednik ali ponens znova povabi;

2° če tožnik niti na ponovno vabilo ne pride, naj predsednik ali ponens razglasi, da se je odpovedal teku pravde, razen če tožena stranka ali pravdnik, po določbi čl. 92, tč. 2, vztrajno zahteva ničnost zakona;

3° če se pozneje želi vključiti v postopek, naj se upošteva čl. 139 (prim. kan. 1594).

Čl. 141 – Glede stranke, ki je razglašena za odsotno v sodnem postopku, naj se upošteva čl. 134, § 3.

Čl. 142 – Določbe o razglasitvi stranke za odsotno v sodnem postopku naj se smiselno uporabljajo tudi v primeru, ko je potrebno stranko razglasiti za odsotno med postopkom.

Titulus

VI DE CESSATIONE INSTANTIAE

CAPUT I

DE INSTANTIAE SUSPENSIONE, PEREMPTIONE ET DE EIDEM RENUNTIATIONE

Art. 143 – Si coniux moriatur durante processu:

1° causa nondum conclusa, instantia suspenditur donec alter coniux vel alius, cuius intersit, instet pro prosecutione; quo in casu legitimum interesse probandum est;

2° causa vero ad normam art. 237 conclusa, iudex procedere debet ad ulteriora, citato procuratore, si adsit, secus defuncti herede vel successore (cf. cann. 1518; 1675, § 2).

Art. 144 – § 1. Si a munere cesset curator vel procurator, qui sit ad normam art. 101, § 2 necessarius, instantia interim suspenditur (cf. can. 1519, § 1).

§ 2. Alium autem curatorem praeses vel ponens quam primum constituat; procuratorem vero constituere potest, si pars id facere neglexerit intra brevem terminum ab eodem iudice statutum (cf. can. 1519, § 2).

Art. 145 – § 1. Pertractatio causae principalis quoque suspenditur, quoties primum resolvenda est quaestio a qua pendet prosecutio instantiae vel ipsa definitio causae principalis.

§ 2. Huiusmodi suspensio obtingit pendente querela nullitatis adversus sententiam definitivam vel in causa ob impedimentum vinculi, si existentia praecedentis vinculi simul in dubium vocatur.

Art. 146 – Si nullus actus processualis, nullo obstante impedimento, ponatur a partibus per sex menses, instantia perimitur; tribunal vero ne omitat prius de actu ponendo partem certiore facere. Lex autem particularis alios peremptionis terminos statuere potest (cf. can. 1520).

Šesti naslov PRENEHANJE PRAVDE

PRVO POGlavJE PREKINITEV, PRENEHANJE IN ODPOVED PRAVDE

Čl. 143 – Če zakonec umre med postopkom:

1° ko pravda še ni zaključena, se postopek prekine, dokler drugi zakonec ali tisti, ki se ga to tiče, ne zahteva njene-ga nadaljevanja; v tem primeru je potrebno zakoniti interes dokazati;

2° ko je pravda zaključena po določbi čl. 237, mora sod-nik nadaljevati postopek, potem ko pozove zastopnika, če ta obstaja, v nasprotnem primeru pa dediča ali naslednika umrlega (prim. kan. 1518; 1675, § 2).

Čl. 144 – § 1. Če skrbniku ali zastopniku, ki je določen po določbi čl. 101, § 2 preneha služba, se postopek med tem prekine (prim. kan. 1519, § 1).

§ 2. Predsednik ali ponens naj čim prej določi drugega skrbnika; določi pa lahko tudi zastopnika, če stranka tega ne bi storila, v kratkem roku, ki ji ga je za to določil sodnik (prim. kan. 1519, § 2).

Čl. 145 – § 1. Glavna obravnavna se prav tako prekine, ka-dar je potrebno prej rešiti vprašanje, od katerega je odvisno njeno nadaljevanje ali sama odločitev v glavni obravnavi.

§ 2. Do takšne prekinitve pride tudi, kadar je bila vložena ničnostna pritožba proti končni sodbi, ali v primeru zadržka prejšnjega zakona, če je hkrati sproženo vprašanje obstoja prejšnjega zakona.

Čl. 146 – Če stranki v šestih mesecih, ko ni nobene ovire, ne izvršita nobenega procesnega dejanja, se postopek preki-ne; vendar naj sodišče predhodno obvesti stranke o dejanju, ki ga mora izvršiti. Območni zakon more določiti druge roke prenehanja (prim. kan. 1520).

Art. 147 – Peremptio obtinet ipso iure atque ex officio etiam declarari debet (cf. can. 1521).

Art. 148 – Peremptio extinguit acta processus, non vero acta causae, quae ideo vim retinent in nova instantia ad idem matrimonium nullum declarandum (cf. can. 1522).

Art. 149 – Peremptae instantiae expensas, quas quaeque ex partibus fecerit, ipsa ferat, nisi iudex iusta de causa aliud statuerit (cf. can. 1523).

Art. 150 – § 1. In quolibet statu et gradu iudicii potest actor instantiae renuntiare; item tum actor tum pars convenita possunt processus actis, a semetipsis petitis, renuntiare sive omnibus sive nonnullis tantum (cf. can. 1524, § 1).

§ 2. Renuntiatio, ut valeat, peragenda est scripto, eademque a parte vel ab eius procuratore, speciali tamen mandato munito, debet subscribi, cum altera parte communicari, ab eadem acceptari vel saltem non impugnari, et a praeside vel ponente admitti (cf. can. 1524, § 3).

§ 3. Defensor vinculi de renuntiatione certior fiat, firmo art. 197.

Art. 151 – Renuntiatio a iudice admissa, pro actis quibus renuntiatum est, eosdem parit effectus ac peremptio instantiae, itemque obligat renuntiantem ad solvendas expensas forte iam factas, nisi iudex iusta de causa aliud statuerit (cf. can. 1525).

Art. 152 – In casu peremptionis vel renuntiationis, causa resumitur potest ad normam art. 19.

CAPUT II

DE CAUSAE SUSPENSIONE IN CASU DUBIAE INCONSUMMATIONIS

Art. 153 – § 1. Si in instructione causae dubium valde probabile emergerit de matrimonii inconsummatione, ex partium consensu atque alterutrius vel utriusque coniugis petitione tribunal potest decreto causam suspendere et processum de matrimonio rato et non consummato instituere (cf. can. 1681).

Čl. 147 – Prekinitev nastopi po samem pravu in se mora tudi po uradni dolžnosti razglasiti (prim. kan. 1521).

Čl. 148 – Prekinitev ugasne procesne, ne pa tudi pravnih učinkov, ki zaradi tega zadržijo moč v novem postopku za ugotovitev ničnosti istega zakona (prim. kan. 1522).

Čl. 149 – Vsaka stranka nosi tiste stroške prekinjenega postopka, ki jih je sama povzročila, razen če iz upravičenih razlogov sodnik določi kaj drugega (prim. kan. 1523).

Čl. 150 – § 1. V kateremkoli stanju in stopnji sojenja se lahko tožnik odpove pravdi; prav tako se moreta tožnik in tožena stranka odpovedati vsem ali samo nekaterim procesnim dejanjem, ki sta jih sami zahtevali (prim. kan. 1524, § 1).

§ 2. Da je odpoved veljavna, mora biti v pisni obliki, podpisana s strani stranke ali njenega zakonitega zastopnika, ki ima za to posebno pooblastilo, in se mora sporočiti drugi stranki, ki pa jo mora sprejeti ali je vsaj ne izpodbijati, predsednik ali ponens pa jo mora dopustiti (prim. kan. 1524, § 3).

§ 3. O odpovedi se mora obvestiti branilec vezi, upoštevajoč čl. 197.

Čl. 151 – Odpoved, ki jo sodnik sprejme, ima za dejanja, katerim se je odpovedalo, iste učinke, kakor prenehanje pravde in enako obvezuje tistega, ki jo poda, da plača stroške za dejanja, ki so bila do takrat izvršena, razen če sodnik iz upravičenih razlogov ne določi drugače (prim. kan. 1525).

Čl. 152 – V primeru prekinitve ali odpovedi se lahko pravda ponovno uvede po določbi čl. 19.

DRUGO POGLAVJE

PREKINITEV PRAVDE V PRIMERU DVOMA, DA ZAKON NI BIL IZVRŠEN

Čl. 153 – § 1. Če med pripravljanjem ničnostne zakonske pravde nastane zelo verjeten dvom, da zakon ni bil izvršen, more sodišče s privolitvijo strank in na prošnjo enega ali obeh zakoncev z odločbo prekiniti pravdo in začeti postopek o trdnem in neizvršenem zakonu (prim. kan. 1681).

§ 2. Quo in casu, tribunal instructionem compleat pro dispensatione super rato (cf. cann. 1681; 1702-1704).²⁰

§ 3. Completa instructione, acta transmittat ad Sedem Apostolicam una cum petitione dispensationis et cum defensoris vinculi animadversionibus ac voto tribunalis et Episcopi (cf. can. 1681).

§ 4. Quod si alterutra pars consensum de quo in § 1 dare renuerit, moneatur de iuridicis suae recusationis consecrariis.

Art. 154 – § 1. Si causa nullitatis instructa est in tribunali interdioecetano, votum de quo in art. 153, § 3 exaretur ab Episcopo Moderatore tribunalis, qui cum Episcopo partis oratricis consilia conferat, saltem de opportunitate petitam dispensationem concedendi.²¹

§ 2. In conficiendo voto tribunal factum inconsummationis et iustam causam dispensationis exponat.

§ 3. Ad votum Episcopi quod attinet, nihil obstat quominus ille sequatur votum ipsius tribunalis, eidem subscribendo, in tuto posita existentia iustae et proportionatae causae pro dispensationis gratia et absentia scandali ex parte fidelium.²²

²⁰ Cf. C. pro Sacr., Litt. circ., 20 dec. 1986, n. 7.

²¹ Cf. C. pro Sacr., Litt. circ., 20 dec. 1986, n. 23b.

²² Cf. C. pro Sacr., Litt. circ., 20 dec. 1986, n. 7.

§ 2. V tem primeru naj sodišče dopolni gradivo za spregled trdnega in neizvršenega zakona (prim. kan. 1681; 1702–1704).²⁰

§ 3. Dopolnjeno gradivo naj pošlje Apostolskemu sedežu hkrati s prošnjo za spregled, skupaj s pripombami branilca vezi ter z mnenjem sodišča in škofa (prim. kan. 1681).

§ 4. Če ena od strank odkloni privolitev, omenjeno v § 1, jo je treba opozoriti na pravne posledice njene odločitve.

Čl. 154 – § 1. Če je ničnostna pravda uvedena na medškofijskem sodišču, naj mnenje, ki ga omenja čl. 153, § 3, poda škof moderator sodišča, ki naj se s škofom proseče stranke posvetuje o upravičenosti zaprosenega spregleda.²¹

§ 2. Pri pripravi mnenja naj sodišče predstavi dejstvo neizvršenosti in upravičen razlog za spregled.

§ 3. Glede škofovega mnenja ni nobenega razloga, da ne bi sledil mnenju sodišča s tem, da ga tudi sam podpiše, če obstaja upravičen in sorazmeren razlog v prid spregledu in če ni pohujšanja s strani vernikov.²²

²⁰ Prim. *Kongregacija za zakramente, Pismo*, 20. decembra 1986, št. 7.

²¹ Prim. *Kongregacija za zakramente, Pismo*, 20. decembra 1986, št. 23b.

²² Prim. *Kongregacija za zakramente, Pismo*, 20. decembra 1986, št. 7.

Titulus VII DE PROBATIONIBUS

Art. 155 – § 1. In probationibus colligendis servantur normae quae sequuntur.

§ 2. Nomine iudicis in hoc titulo veniunt, nisi aliud appareat vel ex natura rei requiratur, praeses vel ponens, iudex tribunalis quod vi art. 29 in auxilium vocatur, eorum delegatus et auditor, salvo art. 158, § 2.

Art. 156 – § 1. Onus probandi incumbit ei qui asserit (can. 1526, § 1).

§ 2. Non indigent probatione quae ab ipsa lege praesumuntur (cf. can. 1526, § 2, n. 1).

Art. 157 – § 1. Probationes cuiuslibet generis, quae ad causam cognoscendam utiles videantur et sint licitae, adduci possunt. Illicitae autem probationes, sive in se sive quoad modum acquisitionis, ne adducantur neque admittantur (cf. can. 1527, § 1).

§ 2. Probationes sub secreto ne admittantur, nisi gravi de causa et in tuto posita earum communicatione cum partium advocatis, salvis artt. 230, 234 (cf. can. 1598, § 1).

§ 3. Iudex nimiam multitudinem testium aliarumque probationum refrenet, pariterque probationes ad moras iudicio nectendas adductas ne admittat (cf. can. 1553).

Art. 158 – § 1. Si pars instet ut probatio reiecta admittatur, ipsum collegium rem expeditissime definiat (cf. can. 1527, § 2).

§ 2. Auditor ad normam art. 50, § 3 tantummodo interim decidere potest, si forte quaestio de probatione admittenda oriatur.

Art. 159 – § 1. Defensori vinculi et partium advocatis ius est:

1° examini partium, testium et peritorum adesse, nisi iudex, ad advocatos quod attinet, propter rerum et personarum adiuncta censuerit secreto esse procedendum;

Sedmi naslov

DOKAZOVANJE

Čl. 155 – § 1. Pri zbiranju dokazov naj se upoštevajo določila, ki sledijo.

§ 2. V tem naslovu izraz »sodnik«, razen če kaj drugega ali narava stvari drugače zahteva, označuje predsednika ali ponensa, sodnika sodišča, ki je poklican k sodelovanju v skladu s čl. 29, njihovega pooblaščenca in zasliševalca, upoštevajoč čl. 158, § 2.

Čl. 156 – § 1. Dokazovanje bremeni tistega, ki trdi (kan. 1526, § 1).

§ 2. Ni potrebno dokazovati tistega, kar domneva sam zakon (prim. kan. 1526, § 2, tč. 1).

Čl. 157 – § 1. Dokaze katerekoli vrste, ki se zdijo koristni za presojo pravde in so dopustni, je mogoče navajati. Dokazi, ki so nedopustni sami po sebi ali zaradi načina, kako so pridobljeni, naj se ne navajajo in ne dopuščajo (prim. kan. 1527, § 1).

§ 2. Naj se ne sprejemajo tajni dokazi, razen iz tehtnih razlogov in iz zavarovanja pravic odvetnikov strank, da bodo o njih obveščeni, upoštevajoč čl. 230, 234 (prim. kan. 1598, § 1).

§ 3. Sodnik naj omeji preveliko število prič in drugih dokazov, prav tako naj zavrne dokaz, ki je vložen z namenom zavlačevanja postopka (prim. kan. 1553).

Čl. 158 – § 1. Če stranka vztraja, da se zavrnjen dokaz dopusti, naj sodni zbor stvar kar najhitreje odloči (prim. kan. 1527, § 2).

§ 2. Preiskovalni sodnik lahko, upoštevajoč čl. 50, § 3, z začasno odredbo odloči, če se postavi vprašanje glede dopustnosti dokazov.

Čl. 159 – § 1. Branilec vezi in odvetniki strank imajo pravico:

1° biti navzoči pri zaslišanju strank, prič in izvedencev, razen, če je sodnik, zaradi okoliščin zadeve in vpletenih oseb, v odnosu do odvetnikov ukazal postopek v tajnosti;

2° acta iudicialia, etsi nondum publicata, invisere et documenta a partibus producta recognoscere (cf. cann. 1678, § 1; 1559).

§ 2. Examini, de quo in § 1, n. 1, partes assistere nequeunt (can. 1678, § 2).

Art. 160 – Firmo art. 120, tribunal ad probationes colligendas ne procedat, nisi ob gravem causam, ante formulam dubii ad normam art. 135 statutam, cum haec circumscribat ea quae investiganda sunt (cf. can. 1529).

Art. 161 – § 1. Si pars vel testis se iudiciali examini ad normam articulorum qui sequuntur subicere renuat, licet eos audire per personam idoneam a iudice designatam aut requirere eorum declarationem coram publico notario vel quovis alio legitimo modo (cf. can. 1528).

§ 2. Quoties in colligendis probationibus servari nequeant articuli qui sequuntur, semper cavendum est ut constet de earundem authenticitate et integritate, vitato quolibet periculo fraudis, collusionis vel corruptelae.

CAPUT I DE EXAMINE IUDICIALI

Art. 162 – § 1. Partes, testes et, si casus ferat, periti examini subiciendi sunt in ipsa tribunalis sede, nisi aliud iusta de causa iudici videatur (cf. can. 1558, § 1).

§ 2. Cardinales, Patriarchae, Episcopi et ii qui, suae civitatis iure, simili favore gaudent, audiantur in loco ab ipsis selecto (can. 1558, § 2).

§ 3. Iudex decernat ubi audiendi sint ii, quibus propter distantiam, morbum aliudve impedimentum impossibile vel difficile sit tribunalis sedem adire, firmis praescriptis artt. 29, 51, 85 (cf. can. 1558, § 3).

Art. 163 – § 1. Citatio ad examen iudiciale fit decreto iudicis ei, qui interrogandus est, legitime notificato (cf. can. 1556).

2° pregledati sodne spise, tudi če še niso objavljeni, in preučiti listine, ki so jih stranke predložile (prim. kan. 1678, § 1; 1559).

§ 2. Pri zaslišanju, ki se omenja v § 1, tč. 1, stranki ne moreta sodelovati (kan. 1678, § 2).

Čl. 160 – Upoštevajoč čl. 120 naj sodišče ne začne zbirati dokazov pred ugotovitvijo pravnega spora, razen iz tehtnega razloga, upoštevajoč čl. 135, ker se z njim razmeji to, kar je treba raziskovati (prim. kan. 1529).

Čl. 161 – § 1. Če stranka ali priča noče priti in odgovarjati pred sodiščem, je skladno s sledečimi določbami dovoljeno, da ju zasliši verodostojna oseba, ki jo določi sodnik, ali da se zahteva njuna izjava pred javnim notarjem ali na katerikoli drug zakonit način (prim. kan. 1528).

§ 2. Kadar pri zbiranju dokazov ni mogoče upoštevati sledečih členov, je treba vedno skrbeti, da se dokaže njihova verodostojnost in celovitost ter se izogibati vsakršne nevarnosti prevare, tajnega dogovarjanja in podkupovanja.

PRVO POGlavJE SODNO ZASLIŠEVANJE

Čl. 162 – § 1. Stranke, priče in po potrebi izvedence je treba zaslišati na sedežu sodišča, razen če sodnik iz tehtnega razloga ne odloči kaj drugega (prim. kan. 1558, § 1).

§ 2. Kardinale, patriarhe, škofo in tiste, ki po pravu svoje države uživajo podobno ugodnost, naj se zasliši na kraju, ki ga sami izberejo (kan. 1558, § 2).

§ 3. Sodnik naj odloči, kje naj se zaslišijo tisti, ki jim je zaradi oddaljenosti, bolezni ali druge ovire nemogoče ali težko priti na sedež sodišča, veljajo pa predpisi čl. 29, 51, 85 (prim. kan. 1558, § 3).

Čl. 163 – § 1. Poziv na sodno zaslišanje se opravi z odločbo sodnika, ki je zakonito vročena tistemu, ki ga je treba zaslišati (prim. kan. 1556)

§ 2. Rite citatus pareat aut causam suae absentiae iudici sine mora notam faciat (cf. can. 1557).

Art. 164 – Partes, per se vel per advocatos, et defensor vinculi, exhibeant, intra terminum a iudice praestitutum, articulos argumentorum, super quibus petitur partium, testimonium vel periti interrogatio, salvo art. 71 (cf. can. 1552, § 2).

Art. 165 – § 1. Partes, testes, et periti seorsim singuli examinandi sunt (cf. can. 1560, § 1).

§ 2. Si autem iidem in re gravi dissentiant, iudex discrepantes inter se conferre seu comparare potest, remotis, quantum fieri poterit, dissidiis et scandalo (cf. can. 1560, § 2).

Art. 166 – Examen fit a iudice cui assistat oportet notarius; quapropter, firmo art. 159, defensor vinculi vel advocati qui examini intersint, si alias interrogationes faciendas habeant, has iudici vel eius locum tenenti proponant, ut eas ipse deferat, nisi aliter lex particularis caveat (cf. can. 1561).

Art. 167 – § 1. Iudex partibus et testibus in mentem revocet gravem obligationem dicendi totam et solam veritatem, salvo art. 194, § 2 (cf. can. 1562, § 1).²³

§ 2. Iudex iisdem quoque deferat iusiurandum de veritate dicenda aut saltem de veritate dictorum, nisi gravis causa aliud suadeat; quod si quis eorum renuat illud emittere, promissionem de veritate dicenda praestet (cf. cann. 1532; 1562, § 2).

§ 3. Iudex iisdem quoque iusiurandum vel, si casus ferat, promissionem deferre potest de secreto servando.

Art. 168 – Iudex imprimis interrogandi identitatem comprobet; exquirat quaenam sit ipsi cum partibus necessitudo et, cum ipsi interrogationes specificas circa obiectum causae defert, sciscitetur quoque fontes eius scientiae et quo definito tempore ea, quae asserit, cognoverit (cf. can. 1563).

²³ Cf. Pius XII, Alloc. ad Auditores Rotae Romanae, 2 oct. 1944, in AAS 36 (1944) 281-290.

§ 2. Pravilno povabljeni naj pride ali pa naj sodniku brez odlašanja sporoči vzrok svoje odsotnosti (prim. kan. 1557).

Čl. 164 – Stranke same ali preko odvetnika in branilec vezi naj v roku, ki ga določi sodnik, predložijo vprašanja, o katerih se zahteva zaslišanje strank, prič in izvedencev, upoštevajoč čl. 71 (prim. kan. 1552, § 2).

Čl. 165 – § 1. Stranke, priče in izvedenci morajo biti zaslišani ločeno in posamično (prim. kan. 1560, § 1).

§ 2. Če si zaslišani med seboj nasprotujejo v pomembni stvari, jih more sodnik privedi skupaj ali soočiti, potem ko se, kolikor je to mogoče, izogne razprtijam in pohujšanju (prim. kan. 1560, § 2).

Čl. 166 – Zaslišanje opravi sodnik, ki mu mora pomagati notar; zato naj branilec vezi ali odvetniki, ki so pri zaslišanju navzoči, upoštevajoč čl. 159, če hočejo zastaviti še druga vprašanja, ta postavijo sodniku ali njegovemu namestniku, da jih on postavi, razen če območni zakon določa drugače (prim. kan. 1561).

Čl. 167 – § 1. Sodnik naj stranke in priče opomni na strogo obveznost, da morajo govoriti vso resnico in samo resnico, upoštevajoč čl. 194, § 2 (prim. kan. 1562, § 1).²³

§ 2. Sodnik naj od njih zahteva prisego, da bodo govorili resnico, ali pa vsaj prisego, da je resnično, kar so že povedale, razen če tehten razlog svetuje kaj drugega; če pa jo kdo izmed njih odkloni, naj da obljubo, da bo govoril resnico (prim. kan. 1532; 1562, § 2).

§ 3. Sodnik more od istih zahtevati prisego, ali če primer to zahteva, obljubo o varovanju skrivnosti.

Čl. 168 – Sodnik naj vnaprej ugotovi istovetnost zaslišanca; naj razišče, v kakšnih odnosih je s pravnima strankama, in ko mu postavlja posebna vprašanja glede zadeve, naj povpraša tudi za vire njegove poučenosti, njegovih informacij in v katerem določenem času je zvedel to, kar zatrjuje (prim. kan. 1563).

²³ Prim. Pij XII., *Nagovor uslužbencem Rimske rote*, 2. oktobra 1944, v: AAS 36 (1944) 281-290.

Art. 169 – Interrogationes breves sunt, interrogandi captui accommodatae, non plura simul complectentes, non captiosae, non subdolae, non suggerentes responsionem, remotae a cuiusvis offensione et pertinentes ad causam quae agitur (can. 1564).

Art. 170 – § 1. Interrogationes non sunt cum interrogandis antea communicandae (cf. can. 1565, § 1).

§ 2. Attamen si de iis agatur quae ita a memoria sint remota, ut nisi prius recolantur certo affirmari nequeant, iudex nonnulla eos praemonere poterit, si id sine periculo fieri posse censeat (cf. can. 1565, § 2).

Art. 171 – Interrogandi oretenus respondeant et scriptum ne legant, nisi de peritia exponenda agatur; hoc enim in casu, adnotationes, quas secum attulerit, peritus consulere poterit (cf. can. 1566).

Art. 172 – Si qua persona interroganda utatur lingua iudici ignota, adhibeatur interpretes iuratus a iudice designatus. Declarationes tamen scripto redigantur lingua originaria et translatio addatur. Interpretes etiam adhibeatur si surdus vel mutus interrogari debet, nisi forte malit iudex quaestionibus a se datis scripto respondeatur (cf. can. 1471).

Art. 173 – § 1. Responsio sub ductu iudicis statim redigenda est scripto a notario et referre debet ipsa depositionis verba, saltem quod attinet ad ea quae iudicii materiam directe attingunt (cf. can. 1567, § 1).

§ 2. Admitti potest usus machinae magnetophonicae vel alius huiusmodi instrumenti, dummodo dein responsiones scripto consignentur et, si fieri potest, subscribantur a deponentibus (cf. can. 1567, § 2).

Art. 174 – Notarius in actis mentionem faciat de praestito, remisso aut recusato iureiurando vel de praestita, remissa aut recusata promissione, de defensoris vinculi et advocatorum praesentia, de interrogationibus ex officio additis et generatim de omnibus memoria dignis quae forte in examine acciderint (cf. can. 1568).

Čl. 169 – Vprašanja naj bodo kratka, prilagojena umski sposobnosti tistega, ki mora biti vprašan, naj ne obsegajo več vprašanj hkrati, naj ne bodo zavajajoča ne zahrbtna, naj ne sugerirajo odgovora, naj bodo prosta žaljivosti, in naj se nanašajo na zadevo, ki se obravnava (kan. 1564).

Čl. 170 – § 1. Vprašanja se zaslišancem ne smejo vnaprej sporočiti (prim. kan. 1565, § 1).

§ 2. Kadar pa gre za zadeve, ki so v spominu tako oddaljene, da o njih ni mogoče z gotovostjo pričati, če si jih prej ne prikličejo v spomin, jih more sodnik opozoriti na kakšno podrobnost, če meni, da to lahko stori brez nevarnosti (prim. kan. 1565, § 2).

Čl. 171 – Zaslišanci naj odgovarjajo ustno in naj ne berejo vnaprej napisanega, razen če gre za posredovanje strokovnega mnenja; v tem primeru more izvedenec uporabiti zapiske, ki jih prinese s seboj (prim. kan. 1566).

Čl. 172 – Če neka oseba, ki mora biti zaslišana, govori sodniku nepoznan jezik, naj se privzame tolmač, ki ga določi sodnik. Vendar naj se izjave sestavijo pisno v izvirnem jeziku in doda prevod. Tolmač naj se privzame tudi, če se mora zaslišati gluha ali nema oseba, razen če sodnik meni, da bi bilo bolje na vprašanja, ki jih postavi, odgovoriti pisno (prim. kan. 1471).

Čl. 173 – § 1. Notar mora pod sodnikovim vodstvom takoj zapisati odgovor, pri čemer mora navesti dobesedno pričevanje, vsaj kar se neposredno tiče predmeta sodnega postopka (prim. kan. 1567, § 1).

§ 2. Dovoljena je raba magnetofona ali druge podobne naprave, vendar le, če se potem odgovori zapišejo in jih, če je mogoče, podpišejo tisti, ki so jih dali (prim. kan. 1567, § 2).

Čl. 174 – Notar mora v spisih omeniti, da se je prisega opravila, opustila ali odklonila, oziroma da se je obljuba podala, opustila ali odklonila, morebitno navzočnost branilca vezi in odvetnikov, po uradni dolžnosti dodana vprašanja in sploh vse, kar se je morda pri zaslišanju zgodilo omembe vrednega (prim. kan. 1568).

Art. 175 – § 1. In fine examinis, interrogato legi debent quae notarius de eius depositione scripto redegit, vel ipsi audita facere quae ope instrumenti de eius depositione incisa sunt, data ei facultate addendi, supprimendi, corrigendi, variandi (cf. can. 1569, § 1).

§ 2. Firmo art. 89, actui subscribere debent interrogatus, iudex et notarius; itemque defensor vinculi et, si adfuerint, promotor iustitiae et advocati (cf. can. 1569, § 2).

§ 3. Si instrumentum de quo in art. 173, § 2 adhibeatur, actus hoc attestans redigatur cum subscriptionibus de quibus in § 2. Notarius quoque signo authenticitatis incisionem muniat, cauto ut haec tuto ac integre servetur.

Art. 176 – Interrogati, quamvis iam excussi, poterunt defensore vinculi vel parte postulante aut ex officio, denuo ad examen vocari, si iudex id necessarium vel utile ducat, dummodo collusionis vel corruptelae quodvis absit periculum (cf. can. 1570).

CAPUT II DE PROBATIONIBUS IN SPECIE

1. De partium declarationibus

Art. 177 – Iudex ad veritatem aptius eruendam partes interrogandas curet (cf. can. 1530).

Art. 178 – Pars legitime interrogata respondere debet et veritatem integre fateri. Quod si respondere recusaverit, iudicis est aestimare quid ad factorum probationem exinde erui possit (cf. cann. 1531; 1534; 1548, § 2).

Art. 179 – § 1. Ad normam can. 1535, assertio de aliquo facto, scripto vel ore, coram iudice competenti, ab aliqua parte circa ipsam iudicii materiam, sive sponte sive iudice interrogante, contra se peracta, est confessio iudicialis.

§ 2. Attamen in causis nullitatis matrimonii confessio iudicialis intellegitur declaratio qua pars, scripto vel ore, coram iudice competenti, sive sponte sive iudice interro-

Čl. 175 – § 1. Na koncu zaslišanja je treba zaslišancu prebrati, kar je notar iz njegovega pričevanja zapisal, ali mu omogočiti poslušanje tega, kar je bilo posneto; ob tem lahko karkoli doda, izpusti, popravi ali spremeni (prim. kan. 1569, § 1).

§ 2. Upoštevaajoč čl. 89 morajo zapisnik podpisati zaslišani, sodnik in notar; prav tako tudi branilec vezi in, če so bili zraven, pravdnik in odvetniki (prim. kan. 1569, § 2).

§ 3. Če je uporabljena naprava, o kateri govori čl. 173, § 2, mora spis, ki to potrjuje, vsebovati tudi podpise, ki se omeenjajo v § 2. Prav tako mora notar overiti posnetke, pri čemer skrbi, da so v celoti varno shranjeni.

Čl. 176 – Zaslišanci so lahko, potem ko so že bili zaslišani na zahtevo branilca vezi, na zahtevo strank ali po uradni dolžnosti, vnovič poklicani na zaslišanje, če sodnik meni, da je to potrebno ali koristno, da le ni nikakršne nevarnosti za zvižachen dogovor ali podkupovanje (prim. kan. 1570).

DRUGO POGLAVJE DOKAZI POSAMIČNO

1. Izjave strank

Čl. 177 – Da sodnik laže dožene resnico, naj poskrbi, da se stranke zaslišijo (prim. kan. 1530).

Čl. 178 – Zakonito zaslišana stranka mora odgovoriti in v celoti izpovedati resnico. Če noče odgovarjati, je naloga sodnika, da presodi, kaj je mogoče iz tega sklepati, z namenom, da se dokažejo dejstva (prim. kan. 1531; 1534; 1548, § 2).

Čl. 179 – § 1. Po določbi kan. 1535 ima trditev o nekem dejstvu, pisna ali ustna, ki jo stranka izpove pred pristojnim sodnikom o samem predmetu sojenja, bodisi spontano bodisi na vprašanje sodnika, značaj sodnega priznanja.

§ 2. Vendar se v ničnostnih zakonskih pravdah s sodnim priznanjem razume izjava, s katero stranka, pisno ali ustno,

gante, asserit proprium factum adversus matrimonii validitatem.

Art. 180 – § 1. Confessiones et aliae partium declarationes iudiciales vim probandi habere possunt, a iudice aestimandam una cum ceteris causae adiunctis, at vis plenae probationis ipsis tribui nequit, nisi alia accedant elementa probatoria quae eas omnino corroborent (cf. can. 1536, § 2).

§ 2. Nisi probationes aliunde plenae habeantur, iudex ad partium depositiones aestimandas testes de ipsarum partium credibilitate, si fieri potest, adhibeat, praeter alia indicia et adminicula (cf. can. 1679).

Art. 181 – Quoad partium extraiudiciales confessiones adversus matrimonii validitatem et alias earundem declarationes extraiudiciales in iudicium deductas, iudicis est, perpensis omnibus adiunctis, aestimare quanti eae sint faciendae (cf. can. 1537).

Art. 182 – Confessio vel alia quaevis partis declaratio qualibet vi caret, si constet eam ex errore facti esse prolatam, aut vi vel metu gravi extortam (can. 1538).

2. De probatione per documenta

Art. 183 – In causis nullitatis matrimonii admittitur etiam probatio per documenta tum publica tum privata (cf. can. 1539).

Art. 184 – § 1. Documenta publica ecclesiastica ea sunt, quae persona publica in exercitio sui muneris in Ecclesia confecit, servatis sollemnitatibus iure praescriptis (can. 1540, § 1).

§ 2. Documenta publica civilia ea sunt, quae secundum uniuscuiusque loci leges talia iure censentur (can. 1540, § 2).

§ 3. Cetera documenta sunt privata (can. 1540, § 3).

Art. 185 – § 1. Nisi contrariis et evidentibus argumentis aliud evincatur, documenta publica fidem faciunt de omnibus quae directe et principaliter in iis affirmantur (can. 1541).

pred pristojnim sodnikom, bodisi spontano bodisi na vprašanje sodnika, izpove lastna dejstva proti veljavnosti zakona.

Čl. 180 – § 1. Priznanja in druge sodne izjave morejo imeti dokazno moč, ki jo mora sodnik presoditi skupno z drugimi okoliščinami zadeve, vendar jim moči poleg dokaza ne more dati, razen če se pridružijo drugi dokazni elementi, ki jih povsem utrdijo (prim. kan. 1536, § 2).

§ 2. Sodnik naj zaradi presoje izpovedi strank uporabi, poleg drugih indicov in pripomočkov, če je mogoče, priče o verodostojnosti samih strank, razen če ima od drugod popolne dokaze (prim. kan. 1679).

Čl. 181 – Sodnikova naloga je presoditi, ko je pretehtal vse okoliščine, koliko so vredna zunaj sodna priznanja strank, ki so proti veljavnosti zakona, in njihove zunaj sodne izjave, ki so bile izpovedane na sojenju (prim. kan. 1537).

Čl. 182 – Priznanje ali katerakoli druga izjava strank je brez moči, če se ugotovi, da je bila izrečena v zmoti o dejstvu ali izsiljena s silo ali hudim ustrahovanjem (kan. 1538).

2. Dokazovanje z listinami

Čl. 183 – V ničnostnih zakonskih pravnih se dopušča dokazovanje z javnimi in zasebnimi listinami (prim. kan. 1539).

Čl. 184. – § 1. Javne cerkvene listine so tiste, ki jih je sestavila javna oseba pri izvrševanju svoje naloge v Cerkvi, ko je upoštevala po pravu predpisane obličnosti (kan. 1540, § 1).

§ 2. Javne civilne listine so tiste, ki pravno veljajo za takšne po zakonih vsakega posameznega kraja (kan. 1540, § 2).

§ 3. Druge listine so zasebne (kan. 1540, § 3).

Čl. 185 – § 1. Če nasprotni in razvidni razlogi ne dokazujejo kaj drugega, imajo javne listine dokazno moč za vse, kar se v njih naravnost in prvenstveno zatrjuje (kan. 1541).

§ 2. Documenti privati authenticatio, a notario servatis servandis facta, est quidem publica, sed ipsum documentum manet privatum.

§ 3. In causis nullitatis matrimonii quodvis scriptum, consulto ad matrimonii nullitatem probandam praeconstitutum, tantummodo privati documenti vim probandi obtinet, etiamsi apud publicum notarium depositum sit.

Art. 186 – § 1. Inter documenta privata non exigui ponderis esse possunt epistolae, quas vel sponsi ante matrimonium, vel coniuges postea, sed tempore non suspecto, sibi invicem vel aliis dederint, dummodo de earum authenticitate et de tempore quo exaratae sint manifesto constet.

§ 2. Epistolae sicut alia documenta privata illud pondus habent, quod ex circumstantiis, praesertim ex tempore quo redactae fuerint, aestimandum est.

Art. 187 – Documentum privatum coram iudice recognitum eandem probandi vim habet ac confessio vel declaratio extra iudicium facta (cf. can. 1542).

Art. 188 – Litterae, quas vocant anonymas, aliaque cuiuscumque generis anonyma documenta per se ne tamquam indicium quidem haberi possunt; nisi facta referant quae et quatenus aliunde comprobari possint.

Art. 189 – Si abrasa, correcta, interpolata aliove vitio documenta infecta demonstrentur, iudicis est aestimare an et quanti huiusmodi documenta sint facienda (can. 1543).

Art. 190 – Documenta vim probandi in iudicio non habent, nisi originalia sint aut in exemplari authentico exhibita et penes tribunalis cancellariam deposita, ut a iudice, defensore vinculi et partibus earumque advocatis examinari possint (cf. can. 1544).

Art. 191 – Iudex praecipere potest ut documentum utrique parti commune, seu quod utramque partem afficit, exhibeatur in processu (cf. can. 1545).

§ 2. Overitev zasebne listine pri notarju je po veljavnih predpisih javna, vendar sama listina ostane zasebna.

§ 3. V ničnostnih zakonskih pravih se vsakemu spisu, ki je sestavljen z namenom dokazovanja ničnosti zakona, pripisuje dokazna moč samo zasebne listine, čeprav je narejen pred javnim notarjem.

Čl. 186 – § 1. Med zasebnimi listinami majhne vrednosti morejo biti pisma, ki so jih napisali ali zaročenci pred poroko ali zakonca po njej medsebojno ali drugim, vendar v upoštevanja vrednem času, samo če sta njihova verodostojnost in čas pisanja očitna.

§ 2. Pisma in druge zasebne listine imajo vrednost, ki jo je treba oceniti glede na okoliščine, posebno glede na čas, v katerem so nastale.

Čl. 187 – Zasebna listina, ki jo sodnik prizna, ima isto dokazno moč kakor zunaj sodno priznanje ali izjava (prim. kan. 1542).

Čl. 188 – Anonimnim pismom in drugim anonimnim listinam samo po sebi ni mogoče priznati veljave indica, razen če opisujejo dejstva, dokazljiva iz drugih virov.

Čl. 189 – Če se izkaže, da je v listinah kaj izbrisano, popravljen, vstavljen ali drugače popačen, mora sodnik presoditi, ali in koliko so take listine vredne upoštevanja (kan. 1543).

Čl. 190 – Listine nimajo pri sodišču dokazne moči, razen če so izvirne ali se predložijo v verodostojnem prepisu ter se izročijo v hrambo sodni pisarni, da jih morejo sodnik, branilec vezi ter stranke in njihovi odvetniki pregledati (prim. kan. 1544).

Čl. 191 – Sodnik more ukazati, da se v sodnem postopku predloži listina, ki je skupna obema strankama ali se nanju nanaša (prim. kan. 1545).

Art. 192 – § 1. Nemo exhibere tenetur documenta, etsi communia, quae communicari nequeunt sine periculo damni ad normam art. 194, § 2, n. 3, aut sine periculo violationis secreti (cf. can. 1546, § 1).

§ 2. Attamen si qua saltem documenti particula describi possit et in exemplari exhiberi sine memoratis incommodis, iudex decernere potest ut eadem producat (can. 1546, § 2).

3. De testibus

Art. 193 – Probatio per testes fit sub iudicis moderatione ad normam artt. 162-176 (cf. can. 1547).

Art. 194 – § 1. Testes iudici legitime interroganti veritatem fateri debent (can. 1548, § 1).

§ 2. Salvo praescripto art. 196, § 2, n. 2, ab obligatione respondendi eximuntur:

1° clerici, quod attinet ad ea quae ipsis manifestata sunt ratione sacri ministerii;

2° civitatum magistratus, medici, obstetrices, advocati, notarii alique qui ad secretum officii etiam ratione praestiti consilii tenentur, quod attinet ad negotia huic secreto obnoxia;

3° qui ex testificatione sua sibi aut coniugi aut proximis consanguineis vel affinibus infamiam, periculosas vexationes, aliave mala gravia obventura timent (cf. can. 1548, § 2).

Art. 195 – Omnes possunt esse testes, nisi expresse iure repellantur vel in totum vel ex parte (can. 1549).

Art. 196 – § 1. Ne admittantur ad testimonium ferendum minores infra decimum quartum aetatis annum et mente debiles; audiri tamen poterunt ex decreto iudicis, quo id expedire declaretur (can. 1550, § 1).

§ 2. Incapaces habentur:

1° qui partes sunt in causa, aut partium nomine in iudicio consistunt, iudex eiusve assistentes, advocatus alique qui partibus in eadem causa assistunt vel astiterunt; ideo cavendum est ne huiusmodi munera in causa assumant qui

Čl. 192 – § 1. Nihče ni dolžan predložiti listin, tudi skupnih, ki jih ni mogoče objaviti brez nevarnosti škode po določbi čl. 194, § 2, tč. 3, ali brez nevarnosti kršitve tajnosti (prim. kan. 1546, § 1).

§ 2. Če bi bilo mogoče prepisati vsaj kakšen del listine in ga v prepisu pokazati brez omenjenih nevšečnosti, more sodnik odločiti, ali se naj predloži (kan. 1546, § 2).

3. Priče

Čl. 193. – Dokazovanje s pomočjo prič se odvija pod sodnikovim vodstvom, upoštevajoč določbe čl. 162–176 (prim. kan. 1547).

Čl. 194 – § 1. Priče morajo sodniku, ki jih zakonito izprašuje, govoriti resnico (kan. 1548, § 1).

§ 2. Ob upoštevanju določila čl. 196, § 2, tč. 2 so od dolžnosti pričevanja izvzeti:

1° kleriki glede tega, kar jim je bilo odkrito zaradi svete službe;

2° državni uradniki, zdravniki, babice, odvetniki, notarji in drugi, ki morajo po uradni dolžnosti varovati tajnost tudi glede danega nasveta, ki se tiče zadev, za katere velja ta tajnost;

3° tisti, ki se bojijo, da bo zaradi njihovega pričevanja nje same, zakonca ali bližnje sorodnike po krvi ali svaštvu zadelo sramota, nevarne nadloge ali kako drugo hudo zlo (prim. kan. 1548, § 2).

Čl. 195 – Priča more biti vsak, razen če ga pravo v celoti ali delno izrečno zavrača (kan. 1549).

Čl. 196 – § 1. Mladoletnikom pod štirinajstim letom starosti in slaboumnim naj se pričanje ne dovoli, zaslišati pa jih je mogoče po sodnikovi odločbi, ki izjavlja, da je to primerno (kan. 1550, § 1).

§ 2. Za nezmožne veljajo:

1° stranke v pravdi ali tisti, ki pri sodišču nastopajo v imenu strank, sodnik in njegovi pomočniki, odvetniki in drugi, ki strankama v isti pravdi pomagajo ali so pomagali; vendar

per suum testimonium aliquid conferre possint ad veritatem detegendam;

2° sacerdotes, quod attinet ad ea omnia quae ipsis ex confessione sacramentali innotuerunt, etsi poenitens eorum manifestationem petierit; immo audita a quovis et quoquo modo occasione confessionis, ne ut indicium quidem veritatis recipi possunt (cf. can. 1550, § 2).

Art. 197 – Pars, quae testem induxit, potest eius examini renunciare; sed altera pars vel defensor vinculi postulare possunt ut nihilominus testis examinetur (cf. can. 1551).

Art. 198 – Cum auditio testium postulatur, eorum nomina et domicilium vel locus commorationis tribunali indicentur (cf. can. 1552, § 1).

Art. 199 – Antequam testes examinentur, eorum nomina cum partibus communicentur; quod si id, prudenti iudicis existimatione, fieri sine gravi difficultate nequeat, saltem ante testimoniorum publicationem fiat (can. 1554).

Art. 200 – Firmo praescripto art. 196, pars petere potest ut testis excludatur, si iusta exclusionis causa demonstretur ante testis excussionem (cf. can. 1555).

Art. 201 – In aestimandis testimoniis iudex, requisitis, si opus sit, testimonialibus litteris, consideret:

1° quae condicio sit personae, quaeve honestas;

2° utrum de scientia propria, praesertim de visu et auditu proprio testificetur, an de sua opinione, de fama, aut de auditu ab aliis;

3° quandonam cognoverit ea quae asserit, praesertim num tempore non suspecto, seu quando partes nondum cogitaverant de causa introducenda;

4° utrum testis constans sit et firmiter sibi cohaereat, an varius, incertus vel vacillans;

5° utrum testimonii contestes habeat, aliisve probationis elementis confirmetur necne (cf. can. 1572).

Art. 202 – Unius testis depositio plenam fidem facere non potest, nisi agatur de teste qualificato qui deponat de

je treba paziti, da v pravdi te naloge prevzamejo tisti, ki s svojim pričanjem morejo prispevati k utrditvi resnice;

2° duhovniki glede vsega, kar jim je bilo zaupano v zakramentalni spovedi, čeprav spovedanec prosi, da to razodenejo; tudi glede tistega, kar je kdorkoli ali na kakršenkoli način slišal ob spovedovanju, ni mogoče sprejeti niti kot indic za resnico (prim. kan. 1550, § 2).

Čl. 197 – Stranka, ki je pričo privedla, se more odreči njenemu zaslišanju; toda nasprotna stranka ali branilec vezi moreta zahtevati, da se priča kljub temu zasliši (prim. kan. 1551).

Čl. 198 – Ko se zahteva zaslišanje prič, naj se sodišču navedejo njihova imena in naslov domovališča ali kraj bivanja (prim. kan. 1552, § 1).

Čl. 199 – Preden se priče zaslišijo, naj se njihova imena sporočijo strankama; če se to po pametni sodnikovi presoji ne more izvršiti brez velike težave, naj se izvrši vsaj pred objavo pričevanj (kan. 1554).

Čl. 200 – Stranka more zahtevati, da se priča izključi; če se pred zaslišanjem priče izkaže upravičen razlog za izključitev, pa velja predpis čl. 196 (prim. kan. 1555).

Čl. 201 – Pri ocenjevanju pričevanj naj sodnik, če je potrebno, zahteva spričevala in preudari:

1° kakšen je položaj in poštenost priče;

2° ali pričuje iz lastne vednosti, predvsem o tem, kar je sama videla ali slišala, ali po svojem mnenju, po govoricah ali o tem, kar je slišala od drugih;

3° kdaj se je priča seznanila s tistim, kar pričuje, še posebej, če se je zgodilo, ko stranke še niso razmišljale o sprožitvi sodnega postopka;

4° ali je priča stanovitna in trdna v svojih izjavah ali je nestanovitna, negotova ali omahljiva;

5° ali ima sopriče za pričanje, ali jo potrjujejo drugi dokazi ali ne (prim. kan. 1572).

Čl. 202 – Pričevanje ene priče ne more zagotoviti polne pristnosti, razen če gre za kvalificirano pričo, ki izpove o ura-

rebus ex officio gestis, aut rerum et personarum adiuncta aliud suadeant (can. 1573).

4. De peritis

Art. 203 – § 1. In causis de impotentia vel de consensus defectu propter mentis morbum vel incapacitates, de quibus in can. 1095, iudex unius periti vel plurium opera utatur, nisi ex adiunctis inutilis evidenter appareat (cf. can. 1680).²⁴

§ 2. In ceteris causis peritorum opera utendum est quoties ex iudicis praescripto eorum examen et votum, praeceptis artis vel scientiae innixum, requiruntur ad factum aliquod comprobandum vel ad veram alicuius rei naturam dignoscendam, ut si de cuiusdam scripti authenticitate inquirendum sit (cf. cann. 1574; 1680).

Art. 204 – § 1. Praesidis vel ponentis est peritos nominare et, si casus ferat, relationes ab aliis peritis iam factas assumere (cf. can. 1575).

§ 2. Nominatio periti cum partibus et defensore vinculi communicanda est, firmo art. 164.

Art. 205 – § 1. Ad periti munus deligantur qui non tantum idoneitatis testimonium obtinuerunt, sed etiam scientia et artis experientia sint insignes, religionis honestatisque laude commendati.

§ 2. Ut opera periti in causis propter incapacitates, de quibus in can. 1095, utilis reapse evadat, maxime curandum est ut periti seligantur qui principiis anthropologiae christianae adhaereant.

Art. 206 – Eisdem ob causas quibus testes, etiam periti excluduntur aut recusari possunt (cf. can. 1576).

Art. 207 – § 1. Iudex, attentis iis quae a partibus vel defensore vinculi forte deducantur, singula capita, circa quae periti opera versari debeat, decreto suo definiat (cf. can. 1577, § 1).

²⁴ Cf. Ioannes Paulus II, Allocutiones ad Auditores Rotae Romanae, 5 feb. 1987, in AAS 79 (1987) 1453-1459 atque 25 ian. 1988, in AAS 80 (1988) 1178-1185.

dnih stvarah, ali če stvarne in osebne okoliščine priporočajo kaj drugega (kan. 1573).

4. Izvedenci

Čl. 203 – § 1. V pravih, kjer gre za spolno nezmožnost (*de impotentia*) ali za hibo v privolitvi zaradi duševne bolezni ali nesposobnosti, o katerih govori kan. 1095, naj sodnik pritegne enega ali več izvedencev; razen če se iz okoliščin očitno izkaže nepotrebno (prim. kan. 1680).²⁴

§ 2. V drugih pravih je treba pomoč izvedencev uporabiti, kadar sodnikovo navodilo zahteva njihovo zaslišanje in mnenje, ki se opira na pravila stroke ali znanosti, da bi se dokazalo kako dejstvo ali razjasnila prava narava kake stvari, kot na primer, če je treba raziskati pristnost nekega spisa (prim. kan. 1574; 1680).

Čl. 204 – § 1. Naloga sodnika ali ponensa je imenovati izvedence, in če je potrebno, sprejeti poročila, ki so jih že sestavili drugi izvedenci (prim. kan. 1575).

§ 2. Imenovanje izvedencev je treba sporočiti strankama in branilcu vezi, upoštevajoč čl. 164.

Čl. 205 – § 1. Za službo izvedenca naj se izberejo primerne osebe, ki poleg tega razpolagajo z znanjem in strokovnostjo ter jih odlikujeta vera in poštenje.

§ 2. Da bi bilo delo izvedencev v pravih zaradi nesposobnosti, ki jo omenja kan. 1095, zares koristno, je potrebno posebno pozornost nameniti temu, da se za izvedence izberejo tisti, ki sledijo načelom krščanske antropologije.

Čl. 206 – Iz istih razlogov, zaradi katerih je mogoče izključiti ali odkloniti priče, se morejo izključiti ali odkloniti tudi izvedenci (prim. kan. 1576).

Čl. 207 – § 1. Sodnik naj, upoštevajoč, kar morebiti pravdni stranki ali branilec vezi navajajo, v svoji odločbi opredeli posamezne točke, ki jih mora obdelati izvedenec (prim. kan. 1577, § 1).

²⁴ Prim. Janez Pavel II., *Nagovor udeležencem Rimske rote*, 5. februarja 1987, v: AAS 79 (1987) 1453-1459 in 25. januarja 1988, v: AAS 80 (1988) 1178-1185.

§ 2. Perito remittenda sunt acta causae aliaque documenta et subsidia quibus egere potest ad suum munus rite et fideliter exsequendum (can. 1577, § 2).

§ 3. Iudex, ipso perito audito, tempus praefiniat intra quod examen perficiendum est et relatio proferenda, cauto tamen ne causa inutiles moras patiatur (cf. can. 1577, § 3).

Art. 208 – In causis de impotentia iudex a perito quaerat naturam impotentiae atque utrum sit absoluta an relativa, antecedens an subsequens, perpetua an temporanea, et, si sanabilis, quibus mediis.

Art. 209 – § 1. In causis incapacitatis, ad mentem can. 1095, iudex a perito quaerere ne omittat an alterutra vel utraque pars peculiari anomalia habituali vel transitoria tempore nuptiarum laboraverit; quaenam fuerit eiusdem gravitas; quando, qua de causa et quibus in adiunctis originem habuerit et sese manifestaverit.

§ 2. Singillatim:

1° in causis ob defectum usus rationis, quaerat utrum anomalia graviter tempore celebrationis matrimonii usum rationis perturbaverit; qua intensitate et quibus indiciis sese revelaverit;

2° in causis ob defectum discretionis iudicii, quaerat qualis fuerit anomaliae effectus in facultatem criticam et electivam ad decisiones graves eliciendas, peculiariter ad statum vitae libere eligendum;

3° in causis denique ob incapacitatem assumendi obligationes matrimonii essentielles, quaerat quaenam sit natura et gravitas causae psychicae ob quam pars non tantum gravi difficultate sed etiam impossibilitate laboret ad sustinendas actiones matrimonii obligationibus inhaerentes.

§ 3. Peritus in suo voto singulis capitibus in decreto iudicis definitis iuxta propriae artis et scientiae praecepta respondere debet; caveat autem ne limites sui muneris ultragrediens iudicia quae ad iudicem spectant emittat (cf. cann. 1577, § 1; 1574).

§ 2. Izvedencu je treba izročiti pravnne spise in druge listine ter pripomočke, ki jih potrebuje, da svojo nalogo pravilno in vestno opravi (kan. 1577, § 2).

§ 3. Sodnik naj po zaslišanju izvedenca določi rok, v katerem je treba opraviti izvid in predložiti mnenje, vendar naj pazi, da pravda ne trpi zaradi brezkoristnega zavlačevanja (prim. kan. 1577, § 3).

Čl. 208 – V pravnih o spolni nezmožnosti naj sodnik vpraša izvedenca o naravi nezmožnosti, ali je absolutna ali relativna, predhodna ali naknadna glede na zakon, trajna ali začasna, in – če je ozdravljiva – s katerimi sredstvi.

Čl. 209 – § 1. V pravnih o nesposobnosti po določbi kan. 1095 naj sodnik ne opusti priložnosti vprašati izvedenca, ali je ena ali sta obe stranki ob sklenitvi zakona bolehali za kako posebno trajno ali začasno motnjo (*peculiari anomalia*); kakšna je bila njena teža; kdaj, zaradi katerih razlogov in v kakšnih okoliščinah je nastala in se pokazala.

§ 2. Še posebej:

1° v pravnih, kjer ne morejo zadosti razumno ravnati, naj vpraša, ali je motnja v trenutku sklenitve zakona močno ogrozila uporabo razuma; s kakšno močjo in s kakšnimi simptomi se je razodela;

2° v pravnih zaradi pomanjkljive razsodnosti naj vpraša, kakšen vpliv je imela motnja na kritično sposobnost in na sposobnost izbire pri sprejemanju pomembnih odločitev, posebno, kar se nanaša na svobodno izbiro življenjskega stanu;

3° v pravnih zaradi nesposobnosti sprejeti bistvene zakonske obveznosti naj vpraša, kakšna je narava in teža psihičnega razloga, ki je pri stranki izzval ne samo veliko težavo, ampak tudi nesposobnost za izvrševanje nalog, ki pripadajo zakonskim obveznostim.

§ 3. Izvedenec mora v svojem mnenju odgovoriti, po načelih lastne stroke in znanosti, na posamezne točke, ki jih je sodnik določil s svojo odločbo; vendar naj pazi, da ne bo prestopil meje svojih nalog, da ne bo podajal sodbe, ki pripada sodniku (prim. kan. 1577, § 1; 1574).

Art. 210 – § 1. Periti suam quisque relationem a ceteris distinctam conficiant, nisi iudex unam a singulis subscribendam fieri iubeat: quod si fiat, sententiarum discrimina, si qua fuerint, diligenter adnotentur (can. 1578, § 1).

§ 2. Periti debent indicare perspicue quibus documentis vel aliis idoneis modis certiores facti sint de personarum vel rerum identitate, qua via ac ratione processerint in explendo munere sibi demandato, quibus potissimum argumentis nitantur et qua certitudine gaudeant conclusiones in relatione propositae (cf. can. 1578, § 2).

Art. 211 – Peritus accersiri potest a iudice ut suas conclusiones recognoscat et explicationes, quae ulterius necessariae videantur, suppeditet (cf. can. 1578, § 3).

Art. 212 – § 1. Iudex non peritorum tantum conclusiones, etsi concordēs, sed cetera quoque causae adiuncta attente perpendat (can. 1579, § 1).

§ 2. Cum reddit rationes decidendi, exprimere debet quibus motus argumentis peritorum conclusiones aut admiserit aut reiecerit (can. 1579, § 2).

Art. 213 – § 1. Partes possunt peritos privatos, a iudice probandos, designare (can. 1581, § 1).

§ 2. Hi, si iudex admittat, possunt acta causae, quatenus opus sit, inspicere et peritiae executioni interesse; semper autem possunt suam relationem exhibere (cf. can. 1581, § 2).

5. De praesumptionibus

Art. 214 – Praesumptio est rei incertae probabilis coniectura; eaque alia est iuris, quae ab ipsa lege statuitur; alia hominis, quae a iudice conicitur (can. 1584).

Art. 215 – Qui habet pro se iuris praesumptionem, liberatur ab onere probandi, quod recidit in alteram partem (cf. can. 1585).

Čl. 210 – § 1. Izvedenci naj vsak svoje mnenje sestavijo ločeno, razen če sodnik ukaže, naj se sestavi eno, ki ga morajo posamič podpisati; če se to zgodi, naj se skrbno zaznamujejo razlike v mnenjih, kadar so (kan. 1578, § 1).

§ 2. Izvedenci morajo jasno navesti, iz katerih listin ali na kakšen drug primeren način so zvedeli za identiteto oseb ali stvari; po kateri poti in na kakšen način so opravili poverjeno jim nalogo, posebno pa, na katerih razlogih temeljijo in koliko so prepričljivi zaključki, ki jih prinašajo v svojem mnenju (prim. kan. 1578, § 2).

Čl. 211 – Sodnik more pozvati izvedenca, da potrdi svoje zaključke in dá nadaljnja pojasnila, ki se še zdijo potrebna (prim. kan. 1578, § 3).

Čl. 212 – § 1. Sodnik naj skrbno pretehta ne le zaključke izvedencev, čeprav so skladni, marveč tudi druge okoliščine zadeve (kan. 1579, § 1).

§ 2. Ko navaja razloge za odločitev, mora navesti, kateri razlogi so ga nagnili, da je zaključke izvedencev sprejel ali zavrnil (kan. 1579, § 2).

Čl. 213 – § 1. Stranki moreta navesti zasebne izvedence, ki pa jih mora sodnik potrditi (kan. 1581, § 1).

§ 2. Če sodnik dopusti, morejo ti, če je potrebno, pregledati pravdne spise in se udeležiti izvršitve izvedenskega dela; vedno pa morejo dodati svoje mnenje (prim. kan. 1581, § 2).

5. Domneve

Čl. 214 – Domneva je verjetno sklepanje o negotovi stvari: če jo določa zakon, je pravna; če jo postavi sodnik, je sodniška (kan. 1584).

Čl. 215 – Komur je pravna domneva v prid, je oproščen bremena dokazovanja, ki pade na nasprotno stranko (prim. kan. 1585).

Art. 216 – § 1. Praesumptiones, quae non statuuntur a iure, iudex ne coniciat, nisi ex facto certo et determinato, quod cum eo, de quo controversia est, directe cohaereat (can. 1586).

§ 2. Pariter praesumptiones ipse ne coniciat quae discrepent ab iis in iurisprudencia Rotae Romanae elaboratis.

Čl. 216 – § 1. Domnev, ki jih pravo ne določa, naj sodnik ne postavlja, razen iz gotovega in določenega dejstva, ki je v neposredni zvezi s tem, kar je sporno (kan. 1586).

§ 2. Sodnik naj prav tako ne postavlja domnev, ki so v nasprotju s tistimi, ki jih je izdelalo pravosodje Rimske rote.

Titulus VIII DE CAUSIS INCIDENTIBUS

Art. 217 – Causa incidens habetur, quoties, incepta per citationem iudicii instantia, quaestio proponitur quae, tametsi libello, quo causa principalis introducitur, non contineatur expresse, nihilominus ita ad causam pertinet ut resolvi plerumque debeat ante eius definitionem (cf. can. 1587).

Art. 218 – In causis nullitatis matrimonii quaestiones incidentes, attenta natura causae principalis, leviter ne proponantur neve admittantur; quod si admittantur peculiari sollicitudine quam citius definiendae sunt.²⁵

Art. 219 – Causa incidens proponitur scripto vel ore, indicato nexu qui intercedit inter ipsam et causam principalem, coram iudice competenti ad causam principalem definiendam (can. 1588).

Art. 220 – Si petitio non pertineat ad causam vel evidenter omni fundamento destituta appareat, potest praeses vel ponens eam in limine reicere, salvo art. 221.

Art. 221 – § 1. Nisi aliud expresse caveatur, pars cuius interest vel defensor vinculi a praesidis, ponentis vel auditoris decreto non mere ordinatorio ad collegium recurrere potest, ut causa incidens instituat. Recursus tamen intra decem dierum spatium a decreti notificatione interponendus est, secus partes et defensor vinculi decreto acquievisse censentur.

§ 2. Recursus coram ipso decreti auctore proponendus est; qui tamen illum, nisi decretum a se latum revocandum censuerit, sine mora collegio deferre debet.

Art. 222 – § 1. Collegium, recepta petitione et auditis defensore vinculi ac partibus, decernat utrum proposita inci-

²⁵ Cf. Ioannes Paulus II, Alloc. ad Auditores Rotae Romanae, 22 ian. 1996, n. 4, in AAS 88 (1996) 773-777.

Osmi naslov VMESNI SPORI

Čl. 217 – Vmesni spor nastane, kadar se, ko se je postopek z vabilom začel, postavi vprašanje in čeprav ni izrecno vsebovano v tožbi, s katero se uvede glavni spor, spada k stvari in ga je treba rešiti pred glavnim vprašanjem (prim. kan. 1587).

Čl. 218 – V ničnostnih zakonskih pravnih naj se zaradi narave glavnega spora vmesni spori ne začenjajo niti ne dopuščajo; če se pa dopustijo, jih je treba s posebno skrbjo rešiti čim prej.²⁵

Čl. 219 – Vmesni spor za rešitev glavnega spora se predloži pristojnemu sodniku pisno ali ustno, ko se označi zveza med njim samim in glavnim sporom (kan. 1588).

Čl. 220 – Če zahteva ni povezana s sporom ali je očitno, da nima nikakršnega temelja, ga moreta predsednik ali ponens zavrniti že na začetku, upoštevajoč čl. 221.

Čl. 221 – § 1. Razen če je izrečno določeno kaj drugega, se moreta stranka, katere se to tiče, ali branilec vezi proti odločitvi predsednika, ponensa ali zasliševalca pritožiti sodnemu zboru, da se vloži vmesni spor. Pritožba se mora vložiti v roku desetih dni od sporočitve odločbe, v nasprotnem primeru se šteje, da so jo stranke in branilec vezi sprejeli.

§ 2. Pritožbo je treba vložiti tistemu, ki je izdal odločbo; vendar mora tisti, ki je odločbo izdal, pritožbo brez odlašanja izročiti sodnemu zboru, razen v primeru, če se je odločil, da odločbo prekliče.

Čl. 222 – § 1. Ko sodni zbor sprejme zahtevo ter zasliši branilca vezi in stranki, naj odloči, ali se predloženi vmesni

²⁵ Prim. Janez Pavel II., *Nagovor uslužbencem Rimske rote*, 22. januarja 1996, št. 4, v: AAS 88 (1996) 773–777.

dens quaestio fundamentum ac nexum cum principali iudicio habere videatur, an vero sit in limine reicienda; et, si eam admittat, utrum eadem solvi debeat integra iudicii forma servata, ideoque cum dubiorum propositione, an *per memorialia* et denique per decretum (cf. can. 1589, § 1).

§ 2. Quae in § 1 praescribuntur, expeditissime, id est exclusa quavis appellatione et remoto quovis recursu, sine mora perficienda sunt (cf. cann. 1589, § 1; 1629, n. 5).

§ 3. Si vero collegium iudicet quaestionem incidentem non esse resolvendam ante sententiam definitivam, pariter expeditissime decernat ut eiusdem ratio habeatur, cum causa principalis definiatur (cf. can. 1589, § 2).

Art. 223 – Collegium ad instantiam partis vel defensoris vinculi aut ex officio, interventum promotoris iustitiae, etsi processui nondum intersit, exquirere potest, si quaestionis incidentis natura vel difficultas id consulat.

Art. 224 – § 1. Si quaestio incidens solvi debeat per sententiam collegii, servantur cann. 1658-1670 de processu contentioso orali, nisi, attenta rei gravitate, aliud collegio videatur (cf. can. 1590, § 1).

§ 2. Collegium autem potest suo decreto, motivis praedito, normis processualibus, de quibus in § 1, quae non sint ad validitatem statutae, derogare, ut celeritati, salva iustitia, consulat (cf. can. 1670).

Art. 225 – Si vero quaestio solvi debeat per decretum, partibus et vinculi defensori quam citius terminus assignandus est, in quo suas rationes afferant per breve scriptum seu memoriale; potest autem collegium, nisi aliud pateat aut ex rei natura requiratur, rem auditori vel praesidi committere (cf. can. 1590, § 2).

Art. 226 – Antequam finiatur causa principalis, collegium potest, nisi agatur de decisione vim sententiae definitivae habente, decretum vel sententiam interlocutoriam, iusta intercedente ratione, revocare aut reformare, sive ad partis

spor zdi utemeljen in povezan z glavnim sporom ali pa ga je treba takoj zavriniti; če ga prepusti, ga je treba rešiti z odločbo, upoštevajoč celovito obliko sojenja, torej s predlaganjem spornih vprašanj ali *v pisni zahtevi (per memorialia)* in nazadnje z odločbo (prim. kan. 1589, § 1).

§ 2. To, kar je predpisano v § 1, je treba izvršiti brez odlasjanja in kar najhitreje; to pomeni, da je izključen priziv in ni dovoljena pritožba (prim. kan. 1589, § 1; 1629, tč. 5).

§ 3. Če pa sodni zbor meni, da vmesnega spora ni treba rešiti pred končno sodbo, naj tudi to kar najhitreje odloči, da se bo o njem razpravljalo, ko bo rešen glavni spor (prim. kan. 1589, § 2).

Čl. 223 – Sodni zbor more na zahtevo strank ali branilca vezi ali po službeni dolžnosti zahtevati sodelovanje pravdnika, tudi v primerih, ko ta ni sodeloval v postopku, če to zahtevata narava in teža vmesnega spora.

Čl. 224 – § 1. Če je vmesni spor potrebno rešiti s sodbo sodnega zbora, naj se upoštevajo kan. 1658–1670 o spornem ustnem postopku, razen če ob upoštevanju pomembnosti stvari sodni zbor ne odloči kaj drugega (prim. kan. 1590, § 1).

§ 2. Sodni zbor more s svojo odločbo, podprto z razlogi, delno preklicati določbe o postopku, o katerem je govor v § 1, ki niso pogoj za veljavnost, da se brez kršitve pravičnosti pospeši postopek (prim. kan. 1670).

Čl. 225 – Če pa se vprašanje mora rešiti z odločbo, je treba strankama in branilcu vezi čimprej določiti rok, v katerem morajo navesti svoje razloge v kratki napisani zahtevi ali memorialu; sodni zbor, razen če je kaj drugega očitno ali to zahteva narava stvari, pa more vprašanje izročiti sodniku zasliševalcu ali predsedniku (prim. kan. 1590, § 2).

Čl. 226 – Preden se zaključi glavni spor, more sodni zbor, potem ko je zaslišal stranke in branilca vezi, če je nastopil upravičen razlog, na zahtevo strank ali branilca vezi ali po uradni dolžnosti, odločbo ali vmesno sodbo preklicati ali

vel defensoris vinculi instantiam, sive ex officio, auditis partibus et defensore vinculi (cf. can. 1591).

Art. 227 – Quod si iudex unicus causam cognoscat, ipse, congrua congruis referendo, de quaestionibus incidentibus videt.

Art. 228 – Non datur appellatio a decisione qua causa incidens definitur, quae non habet vim sententiae definitivae, nisi cumuletur cum appellatione a sententia definitiva (cf. can. 1629, n. 4).

spremeniti, razen če ima odločba moč končne sodbe (prim. kan. 1591).

Čl. 227 – Če v zadevi sodi sodnik posameznik, on sam, uporabljajoč tisto, kar je treba uporabiti, odloča o vmesnih sporih.

Čl. 228 – Priziv ni mogoč zoper odločbo, ki ureja vmesni spor in ki nima moči končne sodbe, razen če se združi s prizivom zoper končno sodbo (prim. kan. 1629, tč. 4).

Titulus IX DE ACTORUM PUBLICATIONE, DE CONCLUSIONE IN CAUSA ET DE CAUSAE DISCUSSIONE

CAPUT I DE ACTORUM PUBLICATIONE

Art. 229 – § 1. Acquisitis probationibus, ante causae discussionem iudex ad actorum publicationem procedat (cf. can. 1598, § 1).

§ 2. Actorum publicatio fit iudicis decreto quo partibus et earum advocatis facultas conceditur acta inspiciendi.

§ 3. Ideo iudex eodem decreto permittere debet partibus et earum advocatis ut acta nondum eis nota, salvo art. 230, apud tribunalis cancellariam inspiciant (cf. can. 1598, § 1).

§ 4. In hoc titulo, nisi aliud pateat vel ex natura rei requiratur, sub nomine iudicis veniunt praeses vel ponens.

Art. 230 – Ad gravissima autem pericula evitanda, iudex decernere potest aliquod actum partibus manifestandum non esse, cauto tamen ut ius defensionis semper integrum maneat (cf. can. 1598, § 1).

Art. 231 – Violatio praescripti, de quo in art. 229, § 3, nullitatem sanabilem sententiae secumfert, in casu vero iuris defensionis reapse denegati nullitatem insanabilem (cf. cann. 1598, § 1; 1620, n. 7; 1622, n. 5).

Art. 232 – § 1. Iudex ante inspectionem actorum a partibus iusiurandum vel, si casus ferat, promissionem exigere potest ut scientiam per huiusmodi inspectionem acquisitam tantum adhibeant ad legitimam defensionem in foro canonico exercendam (cf. can. 1455, § 3).

§ 2. Quod si pars iusiurandum vel, si casus ferat, promissionem emittere recuset, censetur se facultati acta inspiciendi renuntiasse, nisi lex particularis aliud statuatur.

Deveti naslov

OBJAVA PRAVDNIH SPISOV, ZAKLJUČITEV DOKAZNEGA POSTOPKA IN RAZPRAVA O ZADEVI

PRVO POGLAVJE

OBJAVA PRAVDNIH SPISOV

Čl. 229 – § 1. Ko sodnik zbere dokaze, naj pred razpravo o zadevi objavi pravnidne spise (prim. kan. 1598, § 1).

§ 2. Objava pravnidnih spisov se zgodi s sodnikovo odločbo, s katero daje strankama in njihovim odvetnikom pravico, da pregledajo spise.

§ 3. Poleg tega mora sodnik s to odločbo dovoliti strankama in njihovim odvetnikom, da v sodni pisarni pregledajo spise, ki jih ne poznajo, upoštevajoč čl. 230 (prim. kan. 1598, § 1).

§ 4. Izraz »sodnik«, razen če je določeno kaj drugega ali to zahteva narava stvari, se v tem naslovu nanaša na predsednika ali ponensa.

Čl. 230 – V izogib najhujše nevarnosti more sodnik odločiti, da se kakšen spis ne sme pokazati strankama, vendar pa je treba paziti, da ostane pravica do obrambe vedno nedotaknjena (prim. kan. 1598, § 1).

Čl. 231. – Neupoštevanje predpisa, o katerem je govor v čl. 229, § 3, prinaša popravljivo nično sodbo, v primeru stvarne kršitve pravice do obrambe pa nepopravljivo ničnost (prim. kan. 1598, § 1; 1620, tč. 7; 1622, tč. 5).

Čl. 232 – § 1. Sodnik more, preden se pregledajo spisi, zahtevati, da stranke dajo prisego, ali če to primer zahteva, obljubo, da bodo tisto, kar bodo zvedele s pregledom, uporabljale samo za zagotavljanje zakonite obrambe na kanonskem področju (prim. kan. 1455, § 3).

§ 2. Če stranka zavrne prisego, ali če to primer zahteva, obljubo, se šteje, da se je odrekla možnosti pregleda spisov, razen če krajevni zakon določa kaj drugega.

Art. 233 – § 1. Actorum inspectio facienda est apud cancellariam tribunalis, quod causam cognoscit, intra terminum in iudicis decreto praestitutum.

§ 2. Si autem pars longe commoretur a sede huius tribunalis, acta inspicere potest in sede tribunalis loci ubi actu residet, vel in alio loco idoneo, ut eius ius defensionis integrum maneat.

Art. 234 – Si iudex censeat ad gravissima pericula evitanda aliquod actum partibus manifestandum non esse, idem actum, praevio iureiurando vel promissione de secreto servando, cognoscere possunt partium advocati.

Art. 235 – § 1. Advocatis id petentibus, iudex tradere potest exemplar actorum (cf. can. 1598, § 1).

§ 2. Advocati autem gravi obligatione tenentur ne actorum exemplar, ex toto vel ex parte, aliis, partibus haud exceptis, tradatur.

Art. 236 – Facta publicatione actorum, partes et defensor vinculi ad complendas probationes iudici alias proponere possunt; quibus, si iudex necessarium duxerit, acquisitis, iterum est locus decreto de quo in art. 229, § 3 (cf. can. 1598, § 2).

CAPUT II

DE CONCLUSIONE IN CAUSA

Art. 237 – § 1. Expletis omnibus quae ad probationes producendas pertinent, ad conclusionem in causa devenitur (can. 1599, § 1).

§ 2. Haec conclusio habetur quoties aut partes et defensor vinculi declarent se nihil aliud adducendum habere, aut utile proponendis probationibus tempus a iudice praestitutum elapsum sit, aut iudex declaret se satis instructam causam habere (cf. can. 1599, § 2).

§ 3. De peracta conclusione in causa, quocumque modo ea acciderit, iudex decretum ferat (can. 1599, § 3).

Čl. 233 – § 1. Pregled spisov je treba opraviti v sodni pisarni sodišča, na katerem se rešuje zadeva, in sicer v roku, določenim s sodnikovo odločbo.

§ 2. Če stranka živi daleč od sedeža tega sodišča, more spise pregledati na sodišču mesta, kjer dejansko prebiva, ali na drugem primernem kraju, da ostane njena pravica do obrambe neokrnjena.

Čl. 234 – Če sodnik meni, da se kakšen spis ne sme pokazati strankama zaradi izognitve najhujši nevarnosti, more isti spis, potem ko so dali prisego ali obljubo molčečnosti, dati na vpogled odvetnikom strank.

Čl. 235 – § 1. Odvetnikom, ki to zahtevajo, more sodnik dati prepis spisov (prim. kan. 1598 § 1).

§ 2. Odvetniki imajo težko obveznost, da prepisa spisov, bodisi v celoti bodisi v delih, ne izročijo drugim, niti strankam.

Čl. 236 – Po objavi spisov morejo stranke in branilec vezi, da bi se dopolnili dokazi, sodniku predložiti tudi druge dokaze; nato jih sodnik, če ima za potrebno, sprejme in ponovno izda odločbo, ki jo omenja čl. 229, § 3 (prim. kan. 1598, § 2).

DRUGO POGLAVJE ZAKLJUČITEV DOKAZNEGA POSTOPKA

Čl. 237 – § 1. Ko je izpolnjeno vse, kar spada k zbiranju dokazov, se preide k zaključitvi dokaznega postopka (kan. 1599, § 1).

§ 2. Ta nastopi, ko stranke in branilec vezi izjavijo, da nimajo več kaj navesti, ali je potekel uporabni čas, ki ga je sodnik določil za predložitev dokazov, ali sodnik izjavi, da ima stvar za zadosti raziskano (prim. kan. 1599, § 2).

§ 3. Sodnik naj izda odločbo o zaključitvi dokaznega postopka, pa naj se konča na kakršenkoli način (kan. 1599, § 3).

Art. 238 – Caveat tamen iudex ne decretum conclusionis in causa edat, si quid adhuc putet esse exquirendum, ut causa satis instructa habeatur. Quo in casu, audito, si id expediat, defensore vinculi, iubeat ea suppleri quae desint.

Art. 239 – § 1. Post conclusionem in causa, iudex potest adhuc eosdem testes vel alios vocare aut alias probationes, quae antea non fuerint petitae, disponere:

1° quoties verisimile est, nisi probatio nova admittatur, sententiam iniustam futuram esse propter rationes, de quibus in can. 1645, § 2, nn. 1-3;

2° in ceteris casibus, auditis partibus et dummodo gravis exstet ratio et quodlibet fraudis vel subornationis periculum removeatur (cf. can. 1600, § 1).

§ 2. Potest autem iudex iubere vel admittere ut exhibeatur documentum, quod forte antea sine culpa eius cuius interest, exhiberi non potuit (can. 1600, § 2).

§ 3. Novae probationes publicentur, servatis artt. 229-235 (cf. can. 1600, § 3).

CAPUT III

DE CAUSAE DISCUSSIONE

Art. 240 – § 1. Facta conclusione in causa, iudex congruum temporis spatium praestituat ad summarium actorum, si casus ferat, conficiendum et ad defensiones necnon animadversiones scripto exhibendas (cf. can. 1601).

§ 2. Quoad confectionem summarii et defensionum ac animadversionum extensionem, numerum exemplarium, aliisque huiusmodi, servetur ordinatio tribunalis (cf. can. 1602).

Art. 241 – Omnino prohibentur partium vel advocatorum vel etiam aliorum informationes iudici datae, quae maneant extra acta causae (can. 1604, § 1).

Art. 242 – § 1. Communicatis vicissim defensionibus atque animadversionibus, utrique parti responsiones exhibere licet, intra breve tempus a iudice praestitutum (can. 1603, § 1).

Čl. 238 – Sodnik naj kljub temu pazi, da ne izda odločbe o zaključitvi dokaznega postopka, če meni, da je treba v zadevi še nekaj vprašati, da bo zadeva dovolj raziskana. V tem primeru, potem ko je zaslišal branilca vezi, naj naredi, da se dopolni tisto, kar manjka.

Čl. 239 – § 1. Po zaključitvi dokaznega postopka more sodnik še poklicati iste ali druge priče ali odrediti druge dokaze, ki jih prej ni zahteval:

1° ko bi bilo verjetno, da bi, razen če se dopusti nov dokaz, sodba bila krivična zaradi razlogov, ki se omenjajo v kan. 1645, § 2, tč. 1–3;

2° v drugih primerih, ko zasliši stranke in samo, če obstaja tehten razlog in je odstranjena vsakršna nevarnost za prevaro ali skrivno nagovarjanje (prim. kan. 1600, § 1).

§ 2. Sodnik pa more ukazati ali dopustiti, naj se predloži listina, ki je morebiti prizadeti prej brez krivde ni mogel predložiti (kan. 1600, § 2).

§ 3. Novi dokazi naj se objavijo, upoštevajoč čl. 229–235 (prim. kan. 1600, § 3).

TRETJE POGLAVJE **RAZPRAVA O ZADEVI**

Čl. 240 – § 1. Ko se konča dokazni postopek, naj sodnik odredi primeren rok za izdelavo povzetka spisa, če je to potrebno, kakor tudi za predložitev pisnih obramb in oporekanj (prim. kan. 1601).

§ 2. Glede izdelave povzetkov in obsega obramb in oporekanj, števila izvodov in drugih podrobnosti te vrste, naj se ravna po sodnem redu (prim. kan. 1602).

Čl. 241 – Povsem je prepovedano strankam, njihovim odvetnikom in tudi drugim dajati sodniku informacije, ki naj bi ostale zunaj sodnih spisov (kan. 1604, § 1).

Čl. 242 – § 1. Vsaka od obeh strank sme, ko sta si izmenjali obrambi in oporekanja, predložiti odgovore v kratkem roku, ki ga določi sodnik (kan. 1603, § 1).

§ 2. Hoc ius partibus semel tantum esto, nisi iudici gravi ex causa iterum videatur concedendum; tunc autem concessio, uni parti facta, alteri quoque data censeatur (can. 1603, § 2).

Art. 243 – § 1. Semper defensori vinculi ius sit ut ultimus audiatur (cf. can. 1603, § 3).

§ 2. Si defensor vinculi intra brevem terminum a iudice statutum nihil responderit, praesumitur suis animadversionibus nihil addendum habere, et ad ulteriora procedere licet.

Art. 244 – § 1. Post causae disceptationem scripto factam, iudex potest statuere ut moderata disputatio fiat ore pro tribunali sedente, ad quaestiones nonnullas illustrandas (cf. can. 1604, § 2).

§ 2. Huic disputationi orali assistat notarius ad hoc ut, si iudex praecipiat aut pars vel defensor vinculi postulet et iudex consentiat, de disceptatis et conclusis scripto statim referre possit (cf. can. 1605).

Art. 245 – § 1. Si advocati parare tempore utili defensiones neglexerint, partes de re certiores fiant et moneantur ut intra tempus a iudice praestitutum provideant, per se vel per novum advocatum legitime constitutum.

§ 2. Si autem partes, intra praestitutum tempus non provideant, aut se remittant iudicis scientiae et conscientiae, iudex, si ex actis et probatis rem habeat plane perspectam, receptis scripto animadversionibus defensoris vinculi, poterit statim sententiam pronuntiare (cf. can. 1606).

§ 2. To pravico naj imata stranki samo enkrat, razen če se sodniku iz tehtnega razloga zdi, da jo je treba še enkrat podeliti; tedaj pa naj velja, da je dovoljenje, ki ga je dobila ena stranka, dano tudi drugi (kan. 1603, § 2).

Čl. 243 – § 1. Branilec vezi ima vedno pravico, da je zaslišan zadnji (prim. kan. 1603, § 3).

§ 2. Če branilec vezi v kratkem roku, ki mu ga dodeli sodnik, ne odgovori, se predpostavlja, da nima ničesar dodati svojim oporekanjem ter je dovoljeno nadaljevanje postopka.

Čl. 244 – § 1. Po pisnem razpravljanju more sodnik določiti, naj se za pojasnitev nekaterih vprašanj opravi zmerna ustna razprava med zasedanjem sodišča (prim. kan. 1604, § 2).

§ 2. Pri tej ustni razpravi naj bo navzoč notar, da more, če to ukaže sodnik ali stranka ali zahteva branilec vezi, in sodnik privoli, takoj zapisati, kar se bo razpravljalo in sklenilo (prim. kan. 1605).

Čl. 245 – § 1. Če odvetniki v uporabnem času ne pripravi-
jo obrambe, je treba o tem obvestiti stranke in jih opozoriti,
naj za to poskrbijo osebno ali preko novega zakonito postavljenega odvetnika v času, ki ga za to določi sodnik.

§ 2. Če pa stranke za to ne poskrbijo v času, ki je določen, ali se prepustijo sodnikovi vednosti in vesti, naj sodnik, če misli, da je stvar povsem jasna iz spisov in dokazov, in ko prejme pisne pripombe branilca vezi, takoj izreče sodbo (prim. kan. 1606).

Titulus X DE IUDICIS PRONUNTIATIONIBUS

Art. 246 – Causa principalis definitur a iudice per sententiam definitivam, salvo art. 265, § 1; incidens vero per sententiam interlocutoriam, firmo praescripto art. 222, § 1 (cf. can. 1607).

Art. 247 – § 1. Ad declarandam nullitatem matrimonii requiritur in iudicis animo moralis certitudo de eiusdem nullitate (cf. can. 1608, § 1).

§ 2. Ad certitudinem autem moralem iure necessariam, non sufficit praevalens probationum indiciorumque momentum, sed requiritur ut quodlibet quidem prudens dubium positivum errandi, in iure et in facto, excludatur, etsi mera contrarii possibilitas non tollatur.

§ 3. Hanc certitudinem iudex haurire debet ex actis et probatis (can. 1608, § 2).

§ 4. Probationes autem aestimare iudex debet ex sua conscientia, firmis praescriptis legis de quarundam probationum efficacia (can. 1608, § 3).

§ 5. Iudex qui hanc certitudinem post diligens causae examen adipisci non potuit, pronuntiet non constare de nullitate matrimonii, firmo art. 248, § 5 (cf. cann. 1608, § 4; 1060).

Art. 248 – § 1. Expleta causae discussione, tribunalis collegialis praeses statuatur, qua die et hora soli iudices, remotis quibusvis tribunalis ministris, ad deliberandum convenire debent; hic autem conventus, nisi peculiaris causa aliud suadeat, in ipsa tribunalis sede habeatur (cf. can. 1609, § 1; art. 31).

§ 2. Assignata conventui die, singuli iudices scripto afferant vota sua de merito causae, cum rationibus tam in iure quam in facto, quibus ad conclusionem quisque devenerit (cf. can. 1609, § 2).

§ 3. Post divini Nominis invocationem, prolatis ex ordine singulorum votis secundum praecedentiam, ita tamen ut semper a causae ponente seu relatore initium fiat, habeatur

Deseti naslov

SODNIŠKI IZREKI

Čl. 246 – Glavni spor sodnik odloči s končno sodbo, upoštevajoč čl. 265, § 1; vmesni spor pa z vmesno sodbo, velja pa predpis čl. 222, § 1 (prim. kan. 1607).

Čl. 247 – § 1. Za razglasitev ničnosti zakona se zahteva, da ima sodnik moralno gotovost o njeni ničnosti (prim. kan. 1608, § 1).

§ 2. Za moralno gotovost, ki je nujna po pravu, ni dovolj samo velika pomembnost dokazov in sumov, ampak se zahteva, da je izključen vsak utemeljen pozitiven dvom o zmoti, bodisi v pravu ali v dejstvu, četudi ni izključena možnost nasprotnega.

§ 3. To gotovost mora sodnik črpati iz spisov in dokazov (kan. 1608, § 2).

§ 4. Dokaze pa mora sodnik ocenjevati po svoji vesti ob veljavnosti zakonitih predpisov o učinkovitosti posameznih dokazov (kan. 1608, § 3).

§ 5. Sodnik, ki si ni mogel pridobiti te gotovosti, naj izjavi, da ni ugotovljena ničnost zakona, velja pa čl. 248, § 5 (prim. kan. 1608, § 4; 1060).

Čl. 248 – § 1. Ko se konča razprava o zadevi, naj predsednik sodnega zbora določi, kateri dan in uro se morajo sodniki sestati, brez navzočnosti drugih sodnih uslužbencev, da bi se odločili; ta seja naj se opravi na sedežu sodišča, razen če obstaja poseben razlog za kaj drugega (prim. kan. 1609, § 1; čl. 31).

§ 2. Na dan seje vsak sodnik prinese svoj pisni zaključek o bistvu stvari s pravnimi in dejanskimi razlogi, na podlagi katerih je vsak od njih prišel do zaključka (prim. kan. 1609, § 2).

§ 3. Ko po klicanju Božjega imena in po prednostnem vrstnem redu, po pravu prvenstva, vendar tako, da vedno začne ponens ali sodnik poročevalec v pravdi, predložijo zaključke, naj se opravi razprava pod vodstvom predsednika sodišča,

discussio sub tribunalis praesidis ductu, praesertim ut constabiliatur quid statuendum sit in parte dispositiva sententiae (cf. can. 1609, § 3).

§ 4. In discussione autem fas unicuique est a pristino suo voto recedere, adnotatione suae recessionis in ipso voto facta. Iudex vero qui ad decisionem aliorum accedere noluit, exigere potest ut suum votum sub secreto ad tribunal superius transmittatur (cf. can. 1609, § 4).

§ 5. Quod si iudices in prima discussione ad sententiam devenire aut nolint aut nequeant, differri poterit decisio ad novum conventum scripto statutum, non tamen ultra hebdomadam, nisi ad normam art. 239 complenda sit causae instructio; quo in casu iudices pronuntiare debent: dilata et compleantur acta (cf. can. 1609, § 5).

§ 6. Constabilita decisione, ponens eam scribit sub forma responsionis affirmativae vel negativae ad propositum dubium, eamque subscribit una cum aliis iudicibus et unit fasciculo actorum.

§ 7. Vota singulorum iudicum actis adiungantur, in involucro clauso secreto servanda (cf. can. 1609, § 2).

Art. 249 – § 1. In tribunali collegiali, ponentis seu relatoris est exarare sententiam, nisi forte in discussione visum fuerit iusta de causa hoc munus alii ex iudicibus committere (cf. can. 1610, § 2).

§ 2. Extensor motiva desumat ex iis quae singuli iudices in discussione attulerunt, nisi a maiore numero iudicum praefinita fuerint motiva praeferenda (cf. can. 1610, § 2).

§ 3. Sententia dein singulorum iudicum subicienda est approbationi (cf. can. 1610, § 2).

§ 4. Si iudex sit unicus, ipse sententiam exarabit (can. 1610, § 1).

§ 5. Sententia edenda est non ultra mensem a die quo causa definita est, nisi, in tribunali collegiali, iudices gravi ex ratione longius tempus praestituerint (can. 1610, § 3).

Art. 250 – Sententia debet:

1° definire quaestionem coram tribunali agitatam, data singulis dubiis congrua responsione;

zlasti da se skupno utrdi, kaj je treba določiti v izreku sodbe (prim. kan. 1609, § 3).

§ 4. Pri razpravi ima vsakdo pravico odstopiti od svojega prvotnega zaključka. Sodnik pa, ki se ni hotel pridružiti odločitvi drugih, more zahtevati, da se njegovi zaključki pod tajno pošljejo višjemu sodišču (prim. kan. 1609, § 4).

§ 5. Če sodniki pri razpravi nočejo ali ne morejo priti do sodbe, je mogoče odločitev odložiti do nove seje, vendar ne nad teden ni, razen če je treba dokazni postopek dopolniti po določbi čl. 239; v tem primeru morajo sodniki razglasiti: odložena in naj se dopolnijo spisi (*dilata et compleantur acta*) (prim. kan. 1609, § 5).

§ 6. Ko je prinesena odločitev, jo ponens zapisuje v obliki pritrdilnih ali nikalnih odgovorov na predloženi spor; podpis ga skupaj z drugimi sodniki in ga priloži ostalim spisom.

§ 7. Posamične zaključke sodnikov je treba priložiti pravnim spisom v zaprti ovojnici in jih hraniti v tajnosti (prim. kan. 1609, § 2).

Čl. 249 – § 1. Naloga ponensa ali sodnika poročevalca pri sodnem zboru je izdelati sodbo, razen če je v razpravi določeno, da se zaradi upravičenih razlogov ta naloga poveri drugemu sodniku (prim. kan. 1610, § 2).

§ 2. Izdelovalec sodbe naj motive povzame izmed tistih, katere so sodniki prispevali v razpravi, razen če večina sodnikov ni določila motivov, ki morajo imeti prednost (prim. kan. 1610, § 2).

§ 3. Sodbo mora zatem odobriti vsak posamezen sodnik (prim. kan. 1610, § 2).

§ 4. Če je sodnik posameznik, bo sam izdelal sodbo (kan. 1610, § 1).

§ 5. Sodbo je treba izdati najkasneje v enem mesecu od dne, ko je bila zadeva odločena, razen če so v sodnem zboru sodniki iz tehtnega razloga določili daljši čas (kan. 1610, § 3).

Čl. 250 – Sodba mora:

1° rešiti spor, ki se je obravnaval pred sodiščem, in dati primeren odgovor na posamezno sporno točko;

2° exponere argumenta seu motiva, in iure et in facto, quibus dispositiva sententiae pars innititur;

3° apponere, si casus ferat, vetitum de quo in art. 251;

4° statuere de expensis iudicialibus (cf. can. 1611).

Art. 251 – § 1. Si pars in processu absolute impotens vel matrimonii incapax reperta fuerit incapacitate permanenti, vetitum sententiae apponatur quo, inconsulto ipso tribunali quod sententiam fert, a matrimonio novo ineundo prohibeatur.

§ 2. Si vero pars causa nullitatis ex dolo aut ex simulatione fuit, tribunal videre tenetur num, perpensis omnibus casus adiunctis, sententiae apponendum sit vetitum quo a novo matrimonio ineundo prohibeatur inconsulto Ordinario loci in quo matrimonium celebrandum est.

§ 3. Si tribunal inferius sententiae vetitum apposuerit, tribunalis appellationis est videre num id confirmandum sit.

Art. 252 – In sententia partes moneantur de obligationibus moralibus vel etiam civilibus, quibus forte teneantur, altera erga alteram et erga prolem, ad sustentationem et educationem praestandam (can. 1689).

Art. 253 – § 1. Sententia, post divini Nominis invocationem, exprimat oportet ex ordine qui sit iudex aut tribunal; qui sit actor, pars conventa, procurator, nominibus et domiciliis rite designatis, defensor vinculi necnon promotor iustitiae, si in iudicio partem habuerit (cf. can. 1612, § 1).

§ 2. Referre postea debet breviter facti speciem cum partium conclusionibus et formula dubiorum (can. 1612, § 2).

§ 3. Hisce subsequatur pars dispositiva sententiae, praemissis rationibus tam in iure quam in facto quibus innititur (cf. can. 1612, § 3).

§ 4. Claudatur cum indicatione loci, diei, mensis et anni in quibus prolata est et cum subscriptione omnium iudicum, vel iudicis unici, et notarii (cf. can. 1612, § 4).

§ 5. Addantur insuper notitiae num sententia statim executioni mandari valeat et de modo quo impugnari possit necnon, si casus ferat, de transmissione causae ex officio ad tribunal appellationis (cf. cann. 1614; 1682, § 1).

2° navesti razloge in obrazložitve pravnega in dejanskega stanja, na katerih temelji odredbeni del sodbe;

3° dodati, če je potrebno, prepoved, ki jo omenja čl. 251;

4° odločiti glede pravnih stroškov (prim. kan. 1611).

Čl. 251 – § 1. Če se med postopkom pri stranki potrdi absolutna nezmožnost ali trajna nesposobnost za sklepanje zakona, naj se sodbi doda prepoved sklepanja novega zakona brez posvetovanja s sodiščem, ki je izdalo sodbo.

§ 2. Če pa je razlog za ničnost pri eni izmed strank prevara ali simulacija, je sodišče dolžno presoditi vse okoliščine primera in ugotoviti, ali je potrebno sodbi dodati prepoved sklepanja novega zakona brez posvetovanja z ordinarijem kraja, v katerem se predvideva sklenitev zakona.

§ 3. Če je sodišče nižje stopnje odločilo dati prepoved, je naloga prizivnega sodišča, da se odloči, ali jo je treba potrditi.

Čl. 252 – V sodbi naj se stranki opomnita na moralne in tudi civilne obveznosti, ki ju morebiti vežejo drugo do druge in do otrok, da poskrbita za vzdrževanje in vzgojo (kan. 1689).

Čl. 253 – § 1. Po klicanju Božjega imena je treba v sodbi po vrsti navesti: kdo je sodnik ali sodišče; kdo je tožnik, tožena stranka, zastopnik s pravilno navedbo imen in domovališč; kdo je branilec vezi in pravdnik, če sta sodelovala v postopku (prim. kan. 1612, § 1).

§ 2. Nato mora na kratko opisati dejanski stan z zaključki strank in navedbo spornih točk (kan. 1612, § 2).

§ 3. Temu sledi odredbeni del sodbe, potem ko se pred tem navedejo pravne in dejanske obrazložitve, na katerih temelji (prim. kan. 1612, § 3).

§ 4. Konča naj se z navedbo kraja, dneva, meseca in leta njenega izreka ter s podpisi vseh sodnikov ali sodnika posameznika in notarja (prim. kan. 1612, § 4).

§ 5. Poleg tega naj se dodajo podatki o tem, ali je treba sodbo takoj izročiti v izvršitev, in način, po kateri se mora izpodbijati, če je potrebno, o poslanju pravde po službeni dolžnosti prizivnemu sodišču (prim. kan. 1614; 1682, § 2).

Art. 254 – § 1. Sententia, vitata nimia sive brevitate sive diffusionem, in exponendis argumentis tam in iure quam in facto perspicua ac in actis et probatis fundata sit oportet, ut pateat qua via iudices ad decisionem ferendam pervenerint et quomodo ius factis applicaverint.

§ 2. Expositio vero factorum, prout natura rei postulat, prudenter et caute fiat, remota qualibet offensione partium, testium, iudicum aliorumque ministrorum tribunalium.

Art. 255 – Quod si iudex mortis, gravis infirmitatis vel alius impedimenti causa sententiae subscriptionem apponere non possit, satis est ut praeses collegii vel Vicarius iudicialis id declaret, addito exemplari authentico partis dispositivae sententiae ab eo iuxta art. 248, § 6 die iudicii subscriptae.

Art. 256 – Regulae superius positae de sententia definitiva, sententiae quoque interlocutoriae aptandae sunt (can. 1613).

Art. 257 – § 1. Sententia quam primum publicetur; eaque ante publicationem nullam vim habet, etiamsi dispositiva pars, iudice permittente, partibus significata sit (cf. can. 1614).

§ 2. Si locus est appellationi, una cum publicatione sententiae, explicita mentione facta de facultate adeundi Rotam Romanam praeter tribunal appellationis loci, indicandus est modus quo appellatio interponenda et proseguenda est (cf. can. 1614).

Art. 258 – § 1. Publicatio seu intimatio sententiae fit vel tradendo exemplar sententiae partibus aut earum procuratoribus, vel eisdem transmittendo idem exemplar ad normam art. 130 (cf. can. 1615).

§ 2. Sententia simul eademque ratione vinculi defensori et promotori iustitiae, si partem in iudicio habuerit, semper notificari debet.

§ 3. Quod si pars expresse declaraverit se quaslibet notitias circa causam recusare, censetur se facultati obtinendi exemplar sententiae renuntiassse. Quo in casu, servata lege particulari, eidem notificari potest dispositiva sententiae pars.

Čl. 254 – § 1. Sodba naj se izogiba bodisi pretirane kratkosti bodisi obširnosti; biti mora jasna v navajanju pravnih in dejanskih razlogov ter utemeljena na spisih in dokazih, da bi bilo jasno, na kakšen način so sodniki prišli do odločitve in kako so upoštevali pravo pri dejstvih.

§ 2. Predstavitev dejstev, kot zahteva narava stvari, naj se naredi preudarno in previdno, da se prepreči kakršnakoli žalitev strank, sodnikov, prič in drugih uslužbencev sodišča.

Čl. 255 – Če zaradi smrti, hude bolezni ali druge ovire sodnik ne more podpisati sodbe, je dovolj, da predsednik zbor ali sodni vikar to razglasi ter predloži verodostojni primer odredbenega dela sodbe, ki jo je, po določbi čl. 248, § 6, isti sodnik podpisal na dan odločitve.

Čl. 256 – Zgornje določbe o končni sodbi naj se primerno upoštevajo tudi pri vmesni sodbi (kan. 1613).

Čl. 257 – § 1. Sodba naj se čimprej objavi; pred objavo nima nobene veljave, čeprav je odredbeni del, z dovoljenjem sodnika, sporočen strankama (prim. kan. 1614).

§ 2. Če se more proti sodbi vložiti priziv, je treba skupaj z objavo sodbe navesti načine, po katerih je mogoče vložiti priziv, in posledično, izrecno omeniti možnost priziva na prizivno sodišče in na Rimsko roto (prim. kan. 1614).

Čl. 258 – § 1. Objava ali vročitev sodbe se izvrši z izročitvijo izvoda sodbe strankama ali njihovima zastopnikoma ali z dostavitvijo istega izvoda po določbi čl. 130 (prim. kan. 1615).

§ 2. Sodbo je treba vedno vročiti v istem času in na isti način branilcu vezi in pravdniku, če je sodeloval v postopku.

§ 3. Če stranka izrecno izjavi, da odklanja kakršno koli obvestilo o pravdi, se šteje, da se je odrekla možnosti prejema izvoda sodbe. V tem primeru, upoštevajoč območne zakone, se ji lahko izroči odredbeni del sodbe.

Art. 259 – Sententia definitiva, eaque valida, etsi iudices unanimiter consentiant, retractari non potest.

Art. 260 – § 1. Si in sententiae textu error irrepserit materialis in transcribenda parte dispositiva aut in factis vel partium petitionibus referendis, vel omissa sint quae art. 253, § 4 requirit, sententia ab ipso tribunali, quod eam tulit, corrigi vel compleri debet sive ad partis instantiam sive ex officio, semper tamen auditis defensore vinculi et partibus atque decreto ad calcem sententiae apposito (cf. can. 1616, § 1).

§ 2. Si qua pars vel defensor vinculi refragetur, quaestio incidens decreto definiatur (cf. can. 1616, § 2).

Art. 261 – Ceterae iudicis pronuntiationes, praeter sententiam, sunt decreta. Quae quidem, si mere ordinatoria non sint, vim non habent, nisi saltem summarie motiva exprimant, vel ad motiva in alio actu rite publicato expressa remittant (cf. can. 1617).

Art. 262 – Sententia interlocutoria vel decretum vim sententiae definitivae habent, si iudicium impediunt vel ipsi iudicio aut alicui ipsius gradui finem ponunt, quod attinet ad aliquam saltem partem in causa (can. 1618).

Čl. 259 – Končna in veljavna sodba se ne more umakniti, četudi s tem soglašajo vsi sodniki.

Čl. 260 – § 1. Če se je v besedilo sodbe prikradla stvarna napaka pri prepisovanju odredbenega dela, pri navajanju dejstev ali zahtevkov strank, ali je bilo opuščeno, kar zahteva čl. 253, § 4, mora samo sodišče, ki je sodbo izdalo, to popraviti ali dopolniti bodisi na zahtevo stranke bodisi po uradni dolžnosti, vendar vedno po zaslišanju branilca vezi in strank ter z odločbo, dodano na koncu sodbe (prim. kan. 1616, § 1).

§ 2. Če se katera stranka ali branilec vezi upira, naj se vmesni spor reši z odločbo (prim. kan. 1616, § 2).

Čl. 261 – Drugi sodniški izreki, razen sodbe, so odločbe, ki, če niso samo ukazovalne, nimajo veljave, razen če vsaj na kratko ne navedejo obrazložitve ali se ne nanašajo na obrazložitve, ki so objavljene v spisu (prim. kan. 1617).

Čl. 262 – Vmesna sodba ali odločba imata veljavo končne sodbe, če preprečujeta sodni postopek ali zaključujeta postopek ali katero njegovo stopnjo, ki se nanaša vsaj na kako stranko v postopku (kan. 1618).

Titulus XI

DE CAUSAE AD TRIBUNAL APPELLATIONIS TRANSMISSIONE AC PERTRACTATIONE

Art. 263 – § 1. Tribunal, ad normam art. 30, § 4, in secundo vel ulteriore iudicii gradu ad validitatem collegiale esse debet.

§ 2. Id etiam valet si causa pertractatur forma brevior ad normam art. 265.

Art. 264 – Sententia, quae matrimonii nullitatem primum declaraverit, una cum appellationibus, si quae sint, et ceteris iudicii actis, intra viginti dies a sententiae publicatione ad tribunal appellationis ex officio transmittatur (can. 1682, § 1).

Art. 265 – § 1. Si sententia pro matrimonii nullitate prolata sit in primo iudicii gradu, tribunal appellationis, perpen-
s animadversionibus defensoris vinculi eiusdem fori appellationis et, si quae sint, etiam partium, suo decreto vel decisionem continenter confirmet vel ad ordinarium examen novi gradus causam admittat (cf. can. 1682, § 2).

§ 2. Terminis iure statutis ad appellandum elapsis atque actis iudicialibus receptis, quam primum constituatur collegium iudicum atque praeses vel ponens suo decreto acta transmittat vinculi defensori pro voto et partes moneat ut, si velint, animadversiones tribunali appellationis proponant.

§ 3. Omnia acta iudicibus praesto sint antequam collegium decretum de quo in § 1 ferat.

§ 4. Decretum, quo continenter decisio affirmativa confirmatur, ad validitatem motiva saltem summarie exprimere atque animadversionibus defensoris vinculi et, si casus ferat, partium respondere debet (cf. can. 1617).

§ 5. Etiam in decreto quo causa ad ordinarium examen admittitur, motiva summarie exprimenda sunt, indicato quodnam instructionis supplementum, si et quatenus, requiratur.

§ 6. Si sententia in primo iudicii gradu lata matrimonium ob plura capita nullum declaraverit, eadem ob plura vel ob unum tantum caput potest continenter confirmari.

Enajsti naslov

PRENOS SODBE NA PRIZIVNO SODIŠČE IN NJENO VODENJE

Čl. 263 – § 1. Sodišče druge stopnje ali nadaljnjih stopenj mora biti po določbi čl. 30, § 4 za veljavnost zborna.

§ 2. To velja tudi takrat, ko se o pravdi razpravlja v skrajšani obliki po določbi čl. 265.

Čl. 264 – Sodba, ki je kot najprej razglasila ničnost zakona, naj se skupaj s prizivi, če kakšni so, in drugimi spisi sodnega postopka v dvajsetih dneh po objavi sodbe po uradni dolžnosti pošlje prizivnemu sodišču (kan. 1682, § 1).

Čl. 265 – § 1. Če je bila sodba o ničnosti zakona izrečena na prvi stopnji, naj prizivno sodišče, potem ko pretehta oporeke branilca vezi istega prizivnega sodišča in tudi strank, če so, brez odlašanja s svojo odločbo odločitev potrdi ali pa pravdo prepusti rednemu postopku nove stopnje (prim. kan. 1682, § 2).

§ 2. Ko se zakonito iztečejo predvideni roki za vložitev priziva, naj se po prejemu sodnih spisov čim prej imenuje sodni zbor, predsednik ali ponens naj s svojo odločbo pošlje spise branilcu vezi za mnenje in naj opozori stranke, da morejo, če to želijo, dati pripombe prizivnemu sodišču.

§ 3. Vsi spisi morajo biti na voljo sodnikom, preden zbor prinese odločitev iz § 1.

§ 4. Odločba, s katero se sodba potrjuje brez odlašanja, mora za veljavnost vsaj na kratko navesti razloge in odgovore na pripombe branilca vezi, če primer zahteva, pa tudi na pripombe strank (prim. kan. 1617).

§ 5. V odločbi, s katero se pravda prepusti rednemu postopku, morajo biti prav tako na kratko navedeni razlogi, poleg tega pa je treba označiti, kateri morebitni dodatek dokazovanja se zahteva.

§ 6. Če je zakon s sodbo prvostopenjskega sodišča razglašen za ničen iz več ničnostnih razlogov, se more taka sodba

Art. 266 – Causa per examen ordinarium semper pertractanda est in secundo vel ulteriore iudicii gradu, quoties agatur de sententia negativa adversus quam appellatio proposita est vel de sententia affirmativa quae in secundo aut ulteriore gradu lata est.

Art. 267 – § 1. Si causa in secundo vel ulteriore iudicii gradu per ordinarium examen pertractanda sit, eodem modo, quo in prima instantia, congrua congruis referendo, procedendum est (cf. can. 1640).

§ 2. Nisi forte complendae sint probationes, quam primum post citationes peractas et dubii formulam statutam, ad causae discussionem et ad sententiam deveniatur (cf. can. 1640).

§ 3. Novae autem probationes admittuntur tantum ad normam art. 239 (cf. can. 1639, § 2).

Art. 268 – § 1. Si in gradu appellationis novum nullitatis matrimonii caput afferatur, tribunal potest, tamquam in prima instantia, illud admittere, servatis artt. 114-125, 135-137, et de eo iudicare (cf. can. 1683).

§ 2. Videre autem de illo novo capite in secunda vel ulteriore instantia ad validitatem tribunali tertii vel ulterioris iudicii gradus reservatur.

§ 3. Si sententia pro matrimonii nullitate ob illud novum caput tamquam in prima instantia prolata sit, competens tribunal procedat ad normam art. 265, § 1.

potrditi brez odlašanja, bodisi v zvezi z vsemi ničnostnimi razlogi ali samo z enim.

Čl. 266 – Kadar se proti negativni sodbi vloži priziv ali je bila potrditev sodbe sprejeta na drugi ali višji stopnji, se mora pravda na drugi ali na katerikoli višji stopnji vedno voditi po rednem postopku.

Čl. 267 – § 1. Če je treba pravdo na drugi ali nadaljnji stopnji voditi po rednem postopku, je treba ravnati z vsemi ustreznimi prilagoditvami enako, kakor na prvi stopnji (prim. kan. 1640).

§ 2. Če je treba dopolniti dokaze, naj se čim prej po vabljenju in ugotovitvi pravnega spora začne razprava o zadevi in izreče sodba (prim. kan. 1640).

§ 3. Novi dokazi se dopustijo samo po določbi čl. 239 (prim. kan. 1639, § 2).

Čl. 268 – § 1. Če se na prizivni stopnji predloži nov razlog za ničnost zakona, ga more sodišče dopustiti kot na prvi stopnji, upoštevajoč čl. 114–125, 135–137, in o njem razsojati (prim. kan. 1683).

§ 2. Sojenje o tem novem razlogu na drugi ali nadaljnji stopnji se za veljavnost pridržuje sodišču tretje ali nadaljnje stopnje sojenja.

§ 3. Če je sodba za ničnost zakona zaradi tega novega razloga podana kot na prvi stopnji, naj pristojno sodišče ravna po določbi čl. 265, § 1.

Titulus XII DE IMPUGNATIONE SENTENTIAE

CAPUT I

DE QUERELA NULLITATIS CONTRA SENTENTIAM

Art. 269 – Si tribunal appellationis perspiciat in inferiore iudicii gradu processum contentiosum oralem esse adhibitum, nullitatem sententiae declaret et causam remittat tribunali quod sententiam tulit (cf. can. 1669).

Art. 270 – Ad normam can. 1620, sententia vitio insanabilis nullitatis laborat, si:

- 1° lata est a iudice absolute incompetenti;
- 2° lata est ab eo, qui careat potestate iudicandi in tribunali in quo causa definita est;
- 3° iudex vi vel metu gravi coactus sententiam tulit;
- 4° iudicium factum est sine iudiciali petitione, de qua in art. 114, vel non institutum fuit adversus aliquam partem conventam;
- 5° lata est inter partes, quarum altera saltem non habeat personam standi in iudicio;
- 6° nomine alterius quis egit sine legitimo mandato;
- 7° ius defensionis alterutri parti denegatum fuit;
- 8° controversia ne ex parte quidem definita est.

Art. 271 – Querela nullitatis, de qua in art. 270, proponi potest per modum exceptionis in perpetuum, per modum vero actionis intra decem annos a die publicationis sententiae (cf. can. 1621).

Art. 272 – Sententia vitio sanabilis nullitatis dumtaxat laborat, si:

- 1° lata est a non legitimo numero iudicum, contra praescriptum art. 30;
- 2° motiva seu rationes decidendi non continet;
- 3° subscriptionibus caret iure praescriptis;

Dvanajsti naslov IZPODBIJANJE SODBE

PRVO POGlavJE Ničnostna pritožba zoper sodbo

Čl. 269 – Če prizivno sodišče spozna, da je bil na nižji stopnji sodišča uporabljen ustni sporni postopek, naj razglasi ničnost sodbe in zadevo vrne sodišču, ki je sodbo izreklo (prim. kan. 1669).

Čl. 270 – Po določbi kan. 1620 je sodba nepopravljivo nična, če:

1° jo je izdal absolutno nepristojen sodnik;

2° jo je izdal sodnik, ki nima oblasti soditi na sodišču, na katerem je bila zadeva določena;

3° je sodbo izdal sodnik pod vplivom sile ali hudega strahu;

4° je bil sodni postopek izveden brez sodnega zahtevka, kot omenja čl. 114, ali ni bil uveden zoper kako toženo stranko;

5° je bila izdana med strankama, od katerih vsaj ena ni pravdno sposobna;

6° je kdo brez zakonitega pooblastila oziroma naročila nastopal v imenu drugega;

7° je bila odklonjena pravica obrambe eni izmed obeh strank;

8° spor ni bil vsaj delno določen.

Čl. 271 – Ničnostno pritožbo, ki se omenja v čl. 270, je vedno mogoče predložiti kot ugovor, kot tožbo pa deset let od dneva, ko je bila sodba objavljena (prim. kan. 1621).

Čl. 272 – Sodba je popravljivo nična le, če:

1° jo je izdalo nezakonito število sodnikov v nasprotju s predpisom čl. 30;

2° ne vsebuje obrazložitve ali razlogov odločitve;

3° nima po pravu predpisanih podpisov;

4° non refert indicationem anni, mensis, diei et loci in quo prolata fuit;

5° actu iudiciali nullo innitur, cuius nullitas non sit sanata;

6° lata est contra partem legitime absentem ad normam art. 139, § 2 (cf. can. 1622).

Art. 273 – Querela nullitatis in casibus, de quibus in art. 272, proponi potest intra tres menses a notitia publicationis sententiae; quo termino elapso, sententia ipso iure censetur sanata (cf. can. 1623).

Art. 274 – § 1. De querela nullitatis per modum actionis proposita, videt ipse iudex qui sententiam tulit; quod si pars vereatur ne iudex, qui sententiam querela nullitatis impugnata tulit, praeoccupatum animum habeat ideoque eum suspectum existimet, exigere potest ut alius iudex in eius locum subrogetur ad normam art. 69, § 1 (cf. can. 1624).

§ 2. Si querela nullitatis respiciat sententias in duobus vel pluribus iudicii gradibus latas, de re videat iudex qui ultimam decisionem tulit.

§ 3. Potest autem querela nullitatis proponi una cum appellatione, intra terminum ad appellandum statutum, vel una cum petitione novi eiusdem causae examinis, de qua in art. 290 (cf. can. 1625).

Art. 275 – De querela nullitatis per modum exceptionis vel ex officio ad normam art. 77, § 1 proposita videt iudex coram quo pendet causa.

Art. 276 – § 1. Querelam nullitatis interponere possunt non solum partes, quae se gravatas putant, sed etiam defensor vinculi et promotor iustitiae, quoties causae iam interfuit vel eidem decreto iudicis intervenit (cf. can. 1626, § 1).

§ 2. Ipse iudex potest ex officio sententiam nullam a se latam retractare vel emendare intra terminum ad agendum art. 273 statutum, nisi interea appellatio una cum querela nullitatis interposita fuerit, aut nullitas sanata sit per decursum termini de quo in art. 273 (cf. can. 1626, § 2).

4° ne navaja leta, meseca, dneva in kraja, kjer je bila izrečena;

5° se opira na nično sodno dejanje, katerega ničnost ni popravljena;

6° je bila izrečena zoper zakonito odsotno stranko po določbi čl. 139, § 2 (prim. kan. 1622).

Čl. 273 – Ničnostno pritožbo v primerih iz čl. 272 je mogoče vložiti v roku treh mesecev, odkar se je zvedelo za objavo sodbe; po izteku navedenega roka se sodba šteje po samem pravu za popravljivo (prim. kan. 1623).

Čl. 274 – § 1. O ničnostni pritožbi kot tožbi odloča sodnik, ki je sodbo izrekel; če se stranka boji, da je sodnik, ki je izrekel z ničnostno pritožbo izpodbijano sodbo, pristranski ter ga ima za sumljivega, more zahtevati, da se na njegovo mesto postavi drug sodnik po določbi čl. 69, § 1 (prim. kan. 1624).

§ 2. Če so predmet ničnostne pritožbe sodbe izrečene na drugi ali višji stopnji sojenja, o ničnostni pritožbi odloča sodnik, ki je sprejel zadnjo odločitev.

§ 3. Ničnostno pritožbo je mogoče vložiti hkrati s prizivom v roku, ki je določen za priziv, ali pa skupaj z zahtevo za nov postopek iste pravde, o kateri je govor v čl. 290 (prim. kan. 1625).

Čl. 275 – Ničnostno pritožbo, vloženo kot ugovor ali po službeni dolžnosti po določbi čl. 77, § 1, rešuje sodnik, pred katerim se pravda vodi.

Čl. 276 – § 1. Ničnostno pritožbo moreta uveljavljati ne le stranki, ki se čutita prizadeti, ampak tudi branilec vezi in pravdnik, če sta že sodelovala v pravdi ali sodelujeta po odločitvi sodnika (prim. kan. 1626, § 1).

§ 2. Sam sodnik more po uradni dolžnosti nično sodbo, ki jo je sam izrekel, umakniti ali popraviti v roku, ki je po čl. 273 določen za vložitev pritožbe, razen če je bil medtem vložen priziv hkrati z ničnostno pritožbo ali je bila ničnost popravljena s potekom roka, ki se omenja v čl. 273 (prim. kan. 1626, § 2).

Art. 277 – § 1. Causae de querela nullitatis per modum actionis propositae secundum normas de processu contentioso orali tractari possunt, causae vero de querela nullitatis per modum exceptionis vel ex officio ad normam art. 77, § 1 propositae tractantur secundum artt. 217-225, 227 de causis incidentibus (cf. can. 1627).

§ 2. Tribunalis collegialis autem est videre de nullitate decisionis a tribunali collegiali latae.

§ 3. A decisione de querela nullitatis datur appellatio.

Art. 278 – Sententia a tribunali appellationis nulla declarata, causa remittatur ad tribunal *a quo*, ut ad normam iuris procedat.

CAPUT II DE APPELLATIONE

Art. 279 – § 1. Pars quae sententia se gravatam censet, defensor vinculi, itemque promotor iustitiae si causae interfuit, ius habent a sententia appellandi ad iudicem superiorem, salvo praescripto art. 280 (cf. can. 1628).

§ 2. Firmo praescripto art. 264, defensor vinculi officio appellandi tenetur, si censeat satis fundatam non esse sententiam, quae matrimonii nullitatem primum declaraverit.

Art. 280 – § 1. Non est locus appellationi:

1° a sententia ipsius Summi Pontificis vel Signaturae Apostolicae;

2° a sententia vitio nullitatis infecta, nisi cumuletur cum querela nullitatis ad normam art. 274, § 3;

3° a sententia quae in rem iudicatam transiit;

4° a iudicis decreto vel a sententia interlocutoria, quae non habeant vim sententiae definitivae, nisi cumuletur cum appellatione a sententia definitiva;

5° a sententia vel a decreto in causa de qua ius cavet expeditissime rem esse definiendam (can. 1629).

§ 2. Praescriptum autem, de quo in § 1, n. 3, haud respicit sententiam qua ipsa causa principalis nullitatis matrimonii definitur (cf. can. 1643).

Čl. 277 – § 1. Postopke o ničnostni pritožbi, ki je vložena kot tožba, je mogoče voditi po določbah za ustni sporni postopek; postopki o ničnostni pritožbi, vloženi kot ugovor ali po službeni dolžnosti po določbi čl. 77, § 1, se rešujejo po določbah čl. 217–225, 227 o vmesnih sporih (prim. kan. 1627).

§ 2. Zbornemu sodišču vedno pripada razglasitev ničnostne odločbe, ki jo je izreklo zborna sodišče.

§ 3. Proti odločbi o ničnostni tožbi je mogoč priziv.

Čl. 278 – Ko se sodba na prizivnem sodišču razglasi za nično, se zadeva vrne sodišču »*a quo*«, da ravna v skladu z zakonom.

DRUGO POGlavJE

PRIZIV

Čl. 279 – § 1. Stranka, ki misli, da ji je s sodbo prizadejana krivica, enako branilec vezi in pravdnik, če sta sodelovala v pravdi, imajo pravico vložiti priziv zoper sodbo na višjega sodnika, velja pa predpis čl. 280 (prim. kan. 1628).

§ 2. Upoštevajoč predpis čl. 264 je branilec vezi po službeni dolžnosti dolžan vložiti priziv, če meni, da sodba, s katero je prvič zakon razglašen za ničn, ni zadostno utemeljena.

Čl. 280 – § 1. Za priziv ni možnosti:

1° zoper sodbo samega papeža ali Apostolske signature;

2° zoper nično sodbo, razen če se združi z ničnostno pritožbo po določbi čl. 274, § 3;

3° zoper sodbo, ki je postala pravnomočna;

4° zoper sodnikovo odločbo ali zoper vmesno sodbo, ki nimata moči končne sodbe, razen če se združi s prizivom zoper končno sodbo;

5° zoper sodbo ali zoper odločbo v zadevi, za katero pravo določa, da se mora kar najhitreje rešiti (kan. 1629).

§ 2. Odredba iz § 1, tč. 3 se ne nanaša na sodbo, s katero se presoja glavni ničnostni razlog (prim. kan. 1643).

Art. 281 – § 1. Appellatio interponi debet coram iudice *a quo* sententia prolata sit, intra peremptorium terminum quindecim dierum utilium a notitia publicationis sententiae (can. 1630, § 1).

§ 2. Satis est ut appellans iudici *a quo* significet se appellationem interponere.

§ 3. Si ore fiat, notarius eam scripto coram ipso appellante redigat (can. 1630, § 2).

§ 4. Si qua appellatio interponitur, significata partibus ad normam art. 257, § 1 tantum parte dispositiva antequam sententia publicetur, servetur art. 285, § 2.

Art. 282 – Si quaestio oriatur de legitimitate appellationis, de ea videat expeditissime tribunal appellationis iuxta normas processus contentiosi oralis (cf. can. 1631).

Art. 283 – § 1. Si in appellatione non indicetur ad quod tribunal ipsa dirigatur, praesumitur facta tribunali appellationis, de quo in art. 25 (cf. can. 1632, § 1).

§ 2. Si altera pars ad Rotam Romanam, altera vero pars ad aliud tribunal appellationis provocaverit, de causa videt Rota Romana, salvo art. 18 (cf. can. 1632, § 2).

§ 3. Appellatione ad Rotam Romanam interposita, tribunal *a quo* acta ad eandem transmittere debet. Quod si acta forte iam ad aliud tribunal appellationis missa fuerint, tribunal *a quo* illud statim de re certius faciat, ne causam pertractare incipiat, et ut acta ad Rotam Romanam transmittat.

§ 4. Terminis autem iure statutis nondum elapsis, nullum tribunal appellationis causam legitime suam facere potest, ne partes priventur iure appellandi ad Rotam Romanam.

Art. 284 – § 1. Appellatio proseguenda est coram iudice *ad quem* dirigatur intra mensem ab eius interpositione, nisi iudex *a quo* longius tempus ad eam proseguendam parti praestituerit (can. 1633).

§ 2. Appellans invocare potest ministerium tribunalis *a quo* ut actum prosecutionis appellationis ad tribunal *ad quod* transmittat.

Čl. 281 – § 1. Priziv se mora vložiti pri sodniku, ki je sodbo izrekel, v nepodaljšljivem roku petnajstih uporabnih dni, odkar se je zvedelo za objavo sodbe (kan. 1630, § 1).

§ 2. Zadosti je, da prizivatelj izjavi pred sodnikom »*a quo*«, da namerava vložiti priziv.

§ 3. Če se vloži ustno, ga notar pisno sestavi pred samim prizivateljem (kan. 1630, § 2).

§ 4. Če se priziv vloži potem, ko je po določbi čl. 257, § 1 strankama izročen samo odredbeni del sodbe pred objavo sodbe, naj se upošteva čl. 285, § 2.

Čl. 282 – Če nastane vprašanje o zakonitosti priziva, naj ga najhitreje reši prizivno sodišče po določbah ustnega spornega postopka (prim. kan. 1631).

Čl. 283 – § 1. Če v prizivu ni naznačeno, na katero sodišče se obrača, se domneva, da je vložen na sodišče, ki se omenja v čl. 25 (prim. kan. 1632, § 1).

§ 2. Če ena od strank vloži priziv na Rimsko roto, druga pa na drugo prizivno sodišče, rešuje zadevo Rimska rota, upoštevajoč čl. 18 (prim. kan. 1632, § 2).

§ 3. Če se priziv vloži na Rimsko roto, mora sodišče »*a quo*« le-ti izročiti spise. Če so spisi že poslani kakemu drugemu prizivnemu sodišču, mora sodišče »*a quo*« takoj obvestiti to sodišče o prizivu, da tisto sodišče ne začne postopka in da se spisi izročijo Rimski roti.

§ 4. Vse do izteka s pravom predvidenih rokov nobeno prizivno sodišče nima pravice prevzeti zadeve, da se strankama ne bi odrekla pravica do priziva na Rimsko roto.

Čl. 284 – § 1. Priziv se mora v mesecu dni, odkar je bil vložen, nadaljevati pri sodniku, na katerega se obrača, razen če je sodnik, ki je izrekel sodbo, stranki dovolil za izvršitev priziva daljši čas (kan. 1633).

§ 2. Prizivatelj more zahtevati intervencijo sodišča »*a quo*«, da le-to priziv posreduje sodišču »*ad quod*«.

Art. 285 – § 1. Ad proseguendam appellationem requiritur et sufficit ut pars ministerium invocet iudicis superioris ad impugnatae sententiae emendationem, adiuncto exemplari huius sententiae et indicatis appellationis rationibus (can. 1634, § 1).

§ 2. Quod si pars exemplar impugnatae sententiae intra utile tempus a tribunali *a quo* obtinere nequeat, interim termini non decurrunt, et impedimentum significandum est iudici appellationis, qui iudicem *a quo* praecepto obstringat officio suo quam primum satisfaciendi (can. 1634, § 2).

§ 3. Interea iudex *a quo* debet acta ad normam art. 90 iudici appellationis transmittere (cf. can. 1634, § 3).

Art. 286 – Inutiliter elapsis fatalibus appellatoriis sive coram iudice *a quo* sive coram iudice *ad quem*, deserta censetur appellatio (can. 1635).

Art. 287 – Appellans potest appellationi renunciare cum effectibus, de quibus in art. 151 (cf. can. 1636).

Art. 288 – § 1. Appellatio facta ab actore prodest etiam parti conventae, et vicissim (cf. can. 1637, § 1).

§ 2. Si interponatur ab una parte super aliquo sententiae capite, altera pars, etsi fatalia appellationis fuerint transacta, potest super aliis capitibus incidenter appellare intra terminum peremptorium quindecim dierum a die, quo ipsi appellatio principalis notificata est (cf. can. 1637, § 3).

§ 3. Nisi aliud constet, appellatio praesumitur facta contra omnia sententiae capita (can. 1637, § 4).

Art. 289 – § 1. Causae nullitatis matrimonii numquam transeunt in rem iudicatam (cf. can. 1643).

§ 2. Causa vero matrimonialis, quae ab uno tribunali iudicata sit, ab eodem vel ab alio eiusdem gradus tribunali iterum iudicari numquam potest, firmo art. 9, § 2.

§ 3. Quae dispositio urget dumtaxat si agatur de eadem causa, id est, de eodem matrimonio et ob idem nullitatis caput.

Čl. 285 – § 1. Za nadaljevanje priziva se zahteva in zadošča, da se stranka obrne po pomoč na višjega sodnika, da ta popravi izpodbijano sodbo, ko priloži prepis te sodbe in navede prizivne razloge (kan. 1634, § 1).

§ 2. Če stranka v uporabnem času od sodišča, ki je izreklo sodbo, ne more dobiti prepisa izpodbijane sodbe, medtem roki ne tečejo in je treba oviro naznaniti prizivnemu sodniku; ta naj z ukazom zaveže sodnika, ki je izrekel sodbo, da mora čimprej opraviti svojo dolžnost (kan. 1634, § 2).

§ 3. Medtem mora sodnik, ki je izrekel sodbo, po določbi čl. 90 poslati spise prizivnemu sodniku (prim. kan. 1634, § 3).

Čl. 286 – Če stroga prizivna roka za vložitev ali za nadaljevanje priziva potečeta neuporabljena, velja priziv za opuščen (kan. 1635).

Čl. 287 – Prizivatelj se more prizivu odpovedati z učinki, ki se omenjajo v čl. 151 (prim. kan. 1636).

Čl. 288 – § 1. Priziv, ki ga vloži tožnik, koristi tudi toženi stranki in narobe (prim. kan. 1637, § 1).

§ 2. Če ena stranka vloži priziv proti kakemu delu sodbe, druga stranka, čeprav je že potekel strogi rok za priziv, more vložiti vmesni priziv proti drugim točkam v nepodaljšljivem roku petnajstih dni od dneva, ko je bila obveščena o glavnem prizivu (prim. kan. 1637, § 3).

§ 3. Če ni razvidno kaj drugega, se domneva, da je priziv vložen proti vsem delom sodbe (kan. 1637, § 4).

Čl. 289 – § 1. Ničnostne zakonske pravde nikoli ne postanejo pravnomočne (prim. kan. 1643).

§ 2. Zakonska pravda, ki jo je že presodilo neko sodišče, nikoli ne more biti na novo voden postopek istega ali katerega koli sodišča iste stopnje, upoštevajoč čl. 9, § 2.

§ 3. To odredbo je potrebno upoštevati samo, ko je govor o isti pravdi, to je o istem zakonu in o istem ničnostnem razlogu.

CAPUT III
DE PETITIONE NOVI EIUSDEM CAUSAE EXAMINIS
POST DUPLICEM DECISIONEM CONFORMEM

Art. 290 – § 1. Si duplex sententia conformis in causa nullitatis matrimonii prolata sit, non est locus appellationi, sed potest quovis tempore ad tribunal tertiae vel ulterioris instantiae provocari, novis iisque gravibus probationibus vel argumentis intra peremptorium terminum triginta dierum a proposita impugnatione allatis (cf. can. 1644, § 1).

§ 2. Hoc praescriptum etiam servandum est, si sententia, quae matrimonii nullitatem declaraverit, non altera sententia sed decreto confirmata est (cf. can. 1684, § 2).

Art. 291 – § 1. Duae sententiae seu decisiones dicuntur formaliter conformes si intercesserint inter easdem partes, de nullitate eiusdem matrimonii et ex eodem capite nullitatis, eademque iuris et facti ratione (cf. can. 1641, n. 1).

§ 2. Aequivalenter seu substantialiter conformes considerantur decisiones quae licet caput nullitatis diverso nomine significant et determinant tamen super iisdem factis matrimonium irritantibus et probationibus nitantur.

§ 3. Salvo art. 136 et integro manente iure defensionis, de duarum decisionum aequivalenti vel substantiali conformitate videt tribunal appellationis, quod alteram tulit, vel tribunal superius.

Art. 292 – § 1. Non requiritur ut nova argumenta vel probationes, de quibus in art. 290, § 1, sint gravissima, multoque minus decretoria, hoc est quae peremptorie exigant contrariam decisionem, sed satis est ut hanc probabilem reddant.

§ 2. Non sufficiunt vero merae censurae et animadversiones criticae super decisionibus latis.

Art. 293 – § 1. Tribunal appellationis intra mensem ab exhibitis novis probationibus et argumentis, audito defensore vinculi et certiore facta altera parte, debet decreto statu-

TRETJE POGLAVJE

ZAHTEVA ZA NOVO ZASLIŠANJE PO DVEH ENAKIH SODBAH

Čl. 290 – § 1. Če je v pravdi o ničnosti zakona izrečena dvojna soglasna sodba, ni mogoč priziv, vedno pa je mogoče vložiti priziv na sodišče tretje ali višje stopnje ter navesti nove in pomembne dokaze ali razloge v nepodaljšljivem roku tridesetih dni od zadnjega predlaganega izpodbijanja (prim. kan. 1644, § 1).

§ 2. To odredbo je potrebno upoštevati tudi takrat, ko sodba, ki je razglasila ničnost zakona, ni potrjena z drugo sodbo, ampak z odločbo (prim. kan. 1684, § 2).

Čl. 291 – § 1. Dve sodbi ali odločbi se štejeta za enaki, če sta izrečeni za isti stranki, zadevata ničnost istega zakona in temeljita na istih ničnostnih pa tudi istih pravnih in dejstvenih razlogih (prim. kan. 1641, tč. 1).

§ 2. Za soglasne se štejejo odločbe, ki, čeprav navajajo in ugotavljajo razlog ničnosti pod drugim naslovom, temeljijo na istih dejstvih, ki so vzeta kot osnova ničnosti zakona, pa tudi na istih dokazih.

§ 3. Upoštevajoč čl. 136 in ne ogrožajoč pravico do obrambe, o istopomenski in vsebinski skladnosti dveh sodb odloča prizivno sodišče, ki je izreklo drugo odločitev, ali višje sodišče.

Čl. 292 – § 1. – Ne iščejo se novi razlogi ali dokazi, kar se omenja v čl. 290, § 1, ki bi bili težki ali odločujoči, da bi sprožili nasprotno odločitev; dovolj je, da odločitev naredijo verjetno.

§ 2. Vendar pa niso dovolj samo listine in kritične pripombe na sprejete odločitve.

Čl. 293 – § 1. Prizivno sodišče mora v mesecu dni, odkar so bili predloženi novi dokazi in razlogi, potem ko je zaslišalo branilca vezi in seznanilo drugo stranko, z odločbo določiti,

ere utrum nova causae propositio admitti debeat, necne (cf. can. 1644, § 1).

§ 2. Si nova propositio admittitur, procedatur ad normam art. 267.

Art. 294 – Petitio ut nova causae propositio obtineatur, exsecutionem duplicis decisionis conformis non suspendit, nisi tribunal appellationis, habens petitionem probabiliter fundatam esse et irreparabile damnum ex exsecutione oriri posse, suspensionem iubeat (cf. can. 1644, § 2).

da se nova predložitev pravde mora dopustiti ali ne (prim. kan. 1644, § 1).

§ 2. Če se nova predložitev pravde dopusti, naj se ravna po določbah čl. 267.

Čl. 294 – Priziv na višje sodišče, da bi se dosegla nova predložitev pravde, ne odloži izvršitve dvojne enake sodbe, razen če prizivno sodišče presodi, da je zahteva verjetno utemeljena in bi zaradi izvršitve sodbe mogla nastati nepopravljiva škoda ter odredi odložitev (prim. kan. 1644, § 2).

Titulus XIII DE PROCESSU DOCUMENTALI

Art. 295 – Recepta petitione ad normam artt. 114-117 proposita, Vicarius iudicialis vel iudex ab ipso designatus potest, praetermissis sollemnitatibus ordinarii processus sed citatis partibus et cum interventu defensoris vinculi, matrimonii nullitatem sententia declarare, si ex documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni sit obnoxium, certo constet de exsistentia impedimenti dirimentis vel de defectu legitimae formae, dummodo pari certitudine pateat dispensationem datam non esse, aut de defectu validi mandati procuratoris (cf. can. 1686).

Art. 296 – § 1. Competens Vicarius iudicialis determinatur ad normam art. 10.

§ 2. Vicarius iudicialis vel iudex designatus imprimis videat num omnia concurrant quae ad normam art. 295 requiruntur ut causa per processum documentalem definiri possit. Quod si ipse iudicaverit vel prudenter dubitaverit non omnia concurrere, per processum ordinarium procedatur.

Art. 297 – § 1. Cum autem de impedimento impotentiae vel de defectu legitimae formae nonnisi perraro ex documento, quod nulli contradictioni vel exceptioni sit obnoxium, constare possit, Vicarius iudicialis vel iudex designatus his in casibus speciali cura investigationem praevidiam instituat, ne causa leviter ac temerarie ad processum documentalem admittatur.

§ 2. Quod attinet vero ad partes quae matrimonium coram civili officiali aut ministro acatholico attentarunt, cum iuxta can. 1117 ad formam canonicam essent adstrictae, servetur art. 5, § 3.

Art. 298 – § 1. Adversus declarationem, de qua in art. 295, defensor vinculi, si prudenter existimaverit vel vitia, in eodem art. indicata, vel dispensationis defectum non esse certa, appellare debet ad iudicem secundae instantiae, ad quem acta sunt transmittenda quique scripto monendus est agi de processu documentalibus (cf. can. 1687, § 1).

Trinajsti naslov

POSTOPEK Z LISTINAMI

Čl. 295 – Po sprejemu zahtevka, ki je bil predložen po določbi čl. 114–117, more sodni vikar ali od njega pooblaščen sodnik, ki je opustil obličnosti rednega postopka, pač pa pozval stranki, s sodelovanjem branilca vezi s sodbo razglasiti zakon za ničen, če je iz listine, kateri ni mogoče ugovarjati ali je izpodbijati, zanesljivo ugotovljeno, da obstaja razdiralni zadržek ali pomanjkljivost zakonite oblike, da je le z enako gotovostjo jasno, da spregled ni bil podeljen ali da zastopnik ni imel veljavnega pooblastila (prim. kan. 1686).

Čl. 296 – § 1. Pristojni sodni vikar se določa po določbah čl. 10.

§ 2. Sodni vikar ali od njega določen sodnik naj predvsem ugotovi, ali so izpolnjeni vsi pogoji, predpisani v čl. 295 za izvedbo postopka z listinami. Če meni ali razumno dvomi, da niso izpolnjeni vsi predpisani pogoji, naj se vodi redni postopek.

Čl. 297 – § 1. Samo v redkih primerih se more zadržek spolne nezmožnosti ali hiba v obliki odkriti na temelju izpodbijanja brez nasprotovanja in ugovarjanja; sodni vikar ali sodnik, ki ga on določi v tem primeru, pa naj skrbno izvede predhodno raziskavo, da ne bi pravde nepremišljeno sprejeli v postopek z listinami.

§ 2. Za stranke, ki so poskušale skleniti zakon pred civilnim uradnikom ali nekatoliškim služabnikom, a jih obvezuje kanonična oblika po določbi kan. 1117, se uporablja čl. 5, § 3.

Čl. 298 – § 1. Zoper razglasitev, o kateri govori čl. 295, mora branilec vezi, če po pameti meni, da sta obstoj hib, o katerih je govor v istem členu, ali pomanjkanje spregleda negotova, vložiti priziv pri sodniku druge stopnje, kateremu je treba poslati spise in ga pisno opozoriti, da gre za postopek z listinami (prim. kan. 1687, § 1).

§ 2. Integrum manet parti, quae se gravatam putet, ius appellandi (can. 1687, § 2).

Art. 299 – Iudex alterius instantiae, cum interventu defensoris vinculi et auditis partibus, decernet eodem modo, de quo in art. 295, utrum sententia sit confirmanda, an potius procedendum in causa sit iuxta ordinarium tramitem iuris; quo in casu eam remittit ad tribunal primae instantiae (cf. can. 1688).

§ 2. Stranki, ki misli, da je prizadeta, ostane neokrnjena pravica do priziva (kan. 1687, § 2).

Čl. 299 – Sodnik druge stopnje naj ob sodelovanju branilca vezi in, ko zasliši stranki, odloči na isti način, ki se omenja v čl. 295, ali je treba sodbo potrditi ali pa naj se zadeva raje nadaljuje po rednem sodnem postopku; v tem primeru jo vrne sodišču prve stopnje (prim. kan. 1688).

Titulus XIV

DE MATRIMONII NULLITATIS ADNOTATIONE ET DE PRAEMITTENDIS CELEBRATIONI NOVI MATRIMONII

Art. 300 – § 1. Statim ac sententia pro nullitate matrimonii ad normam art. 301 facta est executiva, Vicarius iudicialis debet eandem notificare Ordinario loci in quo matrimonium celebratum est. Is autem curare debet ut quam primum de declarata nullitate matrimonii et de vetitis forte statutis in matrimoniorum et baptizatorum libris mentio fiat (cf. can. 1685).

§ 2. Quodsi Ordinarius compertum habeat decisionem esse nullam, rem ad tribunal remittat, salvo art. 274, § 2, et partibus certioribus factis (cf. can. 1654, § 2).

Art. 301 – § 1. Postquam sententia, quae matrimonii nullitatem primum declaraverit, in gradu appellationis confirmata est vel decreto vel altera sententia, ii, quorum matrimonium declaratum est nullum, possunt novas nuptias contrahere statim ac decretum vel altera sententia ipsis notificata est, nisi vetito ipsi sententiae aut decreto appposito vel ab Ordinario loci statuto id prohibeatur, firmo art. 294 (cf. can. 1684, § 1).

§ 2. Idem valet postquam matrimonium in processu documentali per unicum sententiam non appellatam nullum declaratum fuerit.

§ 3. Serventur autem ea quae matrimonii celebrationi praemitti debent ad normam cann. 1066-1071.

Štirinajsti naslov

VPIS NIČNOSTI ZAKONA IN POGOJI ZA SKLENITEV NOVEGA ZAKONA

Čl. 300 – § 1. Brž ko sodba za ničnost zakona po določbi čl. 301 postane izvršljiva, jo mora sodni vikar priobčiti ordinariju kraja, kjer je bil zakon sklenjen. Ordinarij pa mora poskrbeti, da se priznana ničnost zakona in morebiti določene prepovedi čimprej zaznamujejo v poročnih in krstnih knjigah (prim. kan. 1685).

§ 2. Če je ordinarij od drugod zvedel, da je sodba nična, naj predmet vrne sodišču, upoštevajoč čl. 274, § 2, in naj o tem obvesti stranke (prim. kan. 1654, § 2).

Čl. 301 – § 1. Ko je sodba, ki je prvič razglasila ničnost zakona, na prizivni stopnji potrjena z odločbo ali z drugo sodbo, morejo tisti, katerih zakon je razglašen za ničen, skleniti nov zakon, brž ko jim je bila odločba ali druga sodba priobčena, razen če koga pri tem ovira prepoved v sami sodbi ali dodana odločbi ali določena s strani krajevnega ordinarija, upoštevajoč čl. 294 (prim. kan. 1684, § 1).

§ 2. Isto velja, potem ko je zakon razglašen za ničen v postopku z listinami z eno sodbo, a ni vložen priziv.

§ 3. Naj se upošteva tisto, kar je potrebno voditi pred sklepanjem zakona po določbi kan. 1066 – 1071.

Titulus XV DE EXPENSIS IUDICIALIBUS ET DE GRATUITO PATROCINIO

Art. 302 – Partes contribuere tenentur pro posse ad expensas iudiciales solvendas.

Art. 303 – § 1. Episcopus dioecesanus quoad tribunal dioecesanum, coetus vero Episcoporum vel Episcopus ab eis designatus quoad tribunal interdioecesanum, statuatur normas:

1° de expensis iudicialibus solvendis vel compensandis;

2° de procuratorum, advocatorum, peritorum et interpretum honorariis deque testium indemnitate;

3° de gratuito patrocinio vel expensarum deminutione concedendis;

4° de refectione damnorum si quae alteri parti forte illata fuerint;

5° de pecuniae deposito vel cautione praestanda circa expensas solvendas et damna reficienda (cf. can. 1649, § 1).

§ 2. In his normis statuendis, Episcopus peculiarem naturam causarum matrimonialium prae oculis habeat, quae postulat ut, quantum fieri potest, uterque coniux processui nullitatis intersit (cf. art. 95, § 1).

Art. 304 – § 1. Collegii est statuere in sententia definitiva, utrum expensae ab uno actore, an vero etiam ab altera parte sint solvendae et solutionis proportionem inter unam alteramque partem praefinire. Habenda autem est ratio paupertatis partium ad effectum expensarum compensationis decernendae, servatis normis de quibus in art. 303 (cf. can. 1611, n. 4).

§ 2. A pronuntiatione circa expensas, honoraria et damna reficienda non datur distincta appellatio, sed pars recurrere potest intra quindecim dies ad idem collegium, quod poterit taxationem emendare (cf. can. 1649, § 2).

Art. 305 – Qui in totum expensis iudicialibus sustinendis sunt impares, ius habent ad exemptionem ab eis obtinendam; qui autem ex parte exsolvere possunt, ad earum expensarum deminutionem.

Petnajsti naslov

SODNI STROŠKI IN PRAVICA UBOGIH

Čl. 302 – Stranke so dolžne sodelovati pri plačilu sodnih stroškov po svojih zmožnostih.

Čl. 303 – § 1. Krajevni škof za škofijsko sodišče ali skupina škofov, o katerih govori čl. 23, § 1, ali škof, ki ga določijo za medškofijsko sodišče, naj izdajo odločbe:

1° o plačilu ali nadomestilu sodnih stroškov;

2° o nagradah zastopnikom, odvetnikom, izvedencem in tolmačem ter o odškodnini pričam;

3° o pravici ubogih ali dovoljenju za znižanje stroškov;

4° o povrnitvi škode, če je bila povzročena drugi stranki;

5° o položitvi denarja ali dajanju varščine za plačilo stroškov in povrnitev škode (prim. kan. 1649, § 1).

§ 2. Pri izdajanju teh odločb naj ima škof pred očmi naravo zakonskih pravn, ki zahteva, da v postopku za razglasitev ničnosti, če je mogoče, sodelujeta oba zakonca (prim. čl. 95, § 1).

Čl. 304 – § 1. Zbor mora v sodbi odrediti, ali mora sodne stroške plačati samo tožnik ali tudi druga stranka, in odrediti proporcionalno ustrezen delež obeh pri plačilu stroškov. Pri izreku povrnitve stroškov je potrebno imeti pred očmi pomanjkanje sredstev strank, upoštevajoč predpis čl. 303 (prim. kan. 1611, tč. 4).

§ 2. Zoper izrek o stroških, nagradah in povrnitvi škode ni samostojnega priziva, pač pa se more stranka v petnajstih dneh pritožiti istemu zboru, ki more odmeriti popraviti (prim. kan. 1649, § 2).

Čl. 305 – Kdor sploh ni zmožen poravnave sodnih stroškov, ima pravico do popolne oprostitve; kdor jih lahko poravnava na obroke, pa na zmanjšanje stroškov.

Art. 306 – In statuendis normis, de quibus in art. 303, § 1, n. 3, Episcopus haec opportune prae oculis habeat:

1° qui exemptionem ab expensis iudicialibus vel earum deminutionem et gratuitum patrocinium vult obtinere, Vicario iudiciali vel praesidi libellum tradere debet, probationibus vel documentis adductis, quibus quatenus sit eius oeconomica condicio demonstret;

2° debet autem causa, praesertim si agatur de quaestione incidenti ab eodem proposita, praesumpto bono iure frui;

3° Vicarius iudicialis aut praeses, si opportunum duxerit, exquirat, ante concessionem gratuiti patrocinii vel expensarum deminutionis, votum promotoris iustitiae et vinculi defensoris, ad eosdem transmissis libello et documentis;

4° exemptio totalis vel partialis expensarum praesumitur perseverare in ulteriore instantia, nisi praeses eam iusta de causa revocet.

Art. 307 – § 1. Si praeses censet gratuitum patrocinium concedendum esse, a Vicario iudiciali postulet ut designare velit advocatum qui gratuitum patrocinium suscipiat.

§ 2. Advocatus ad gratuitum patrocinium designatus ab hoc munere se subducere nequit, nisi ex causa praesidi probata.

§ 3. Si autem advocatus munus suum debita diligentia non adimpleat, a praeside ad illius observantiam revocabitur, sive ex officio, sive ad instantiam partis aut defensoris vinculi vel, si causae intersit, promotoris iustitiae.

Art. 308 – Curet Episcopus Moderator ne ob rationem agendi ministrorum tribunalis necnon ob immodicas expensas fideles a ministerio tribunalium arceantur cum gravi damno animabus quarum salus in Ecclesia suprema semper lex esse debet.

Hanc instructionem, de mandato Summi Pontificis Ioannis Pauli II pro hac vice dato, die 4 mensis februarii anni 2003, ab hoc Pontificio Consilio, arcte cooperantibus Congregationibus pro Doctrina Fidei et de Cultu Divino et Di-

Čl. 306 – Pri izdajanju odločb iz čl. 303, § 1, tč. 3, naj ima škof pred očmi sledeče:

1° kdor namerava uveljaviti oprostitev od plačila sodnih stroškov ali njihovo zmanjšanje in brezplačno pravno zaščito, je dolžan nasloviti prošnjo sodnemu vikarju ali predsedniku ter priložiti dokaze ali listine, ki dokazujejo njegovo premoženjsko stanje;

2° za pravdo, posebno če je govor o vmesnem sporu, ki jo prosilec postavi, mora obstajati utemeljena predpostavka;

3° preden sodni vikar ali predsednik odobri brezplačno pravno zaščito ali zmanjšanje stroškov, more, če ima to za koristno, zahtevati mnenje pravdnika in branilca vezi, katerima dostavi prejeto prošnjo in listine;

4° predpostavlja se, da se popolna ali delna oprostitev plačila sodnik stroškov razširi na nadaljnjo stopnjo, razen če predsednik iz tehtnega razloga te odločitve ne prekliče.

Čl 307 – § 1. Če predsednik meni, da je potrebno odobriti brezplačno pravno pomoč, mora od sodnega vikarja zahtevati, naj imenuje odvetnika, ki bo nudil brezplačno pravno pomoč.

§ 2. Odvetnik, postavljen po službeni dolžnosti za brezplačno pravno pomoč, ne sme zavrni imenovanja, razen če razlog odobri predsednik.

§ 3. Če odvetnik ne opravlja svoje naloge vestno, naj predsednik od njega zahteva izvršitev, bodisi po službeni dolžnosti bodisi na zahtevo stranke ali branilca vezi ali pravdnika, če sodeluje v pravdi.

Čl. 308 – Škof moderator naj skrbi, da vernikom ne bo onemogočeno obračanje na sodišče zaradi vedenja sodnih uslužbencev sodišča niti zaradi previsokih stroškov, kar bi prineslo veliko škodo dušam, katerih zveličanje mora biti v Cerkvi najvišji zakon.

To Navodilo, ki ga je 4. februarja 2003 po naročilu papeža Janeza Pavla II. pripravil Papeški svet v sodelovanju s Kongregacijo za verski nauk, Kongregacijo za bogoslužje in disci-

sciplina Sacramentorum atque Tribunalibus Signaturae Apostolicae et Rotae Romanae exaratam, idem Romanus Pontifex, die 8 mensis novembris anni 2004 approbavit atque iussit ipsam statim a die publicationis ab universis ad quos pertinet servandam esse.

Datum Romae, apud Pontificium Consilium de Legum Textibus, die 25 mensis ianuarii anni 2005, in festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli.

*Iulián Card. HERRANZ
